



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio II. Dubia de Templorum immunitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

4 Theologiae Moral. Lib. LIV.

Bonac. to. 2. d. 3. q. 7. §. 2. nu. 10. Azor to. 1. l. 9. c. 9. q. 9. Suar. l. 3. c. 9. nu. 8. Conar. l. 2. var. c. 20. m. 3. & 18.

18. Extrahens igitur delinquentem à loco sacro primò peccat crimine sacrilegij. Quia gratiam iniuriam loco sacro gerit, in cuius reuerentiam concessum est immunitatis privilegium. Deinde graniter delinquit peccato iniuriæ. Quia iniuria afficit delinquentem habentem ius resistendi. Vnde qui per vim delinquentem extrahit, tenetur ad restitutionem omnium dānorum, quæ inde passus est delinques. Quia ex crimine cōtra ius alterius restituendū surgit obligatio. p. Rh. 2. 2. q. 62. a. 2. Suar. l. 3. c. 13. n. 4. & 9. Val. to. 3. d. 6. q. 15. pu. 1.

19. Varias pœnas incurrit immunitas Ecclesiæ violator: de iure civili incidit in crimen læsæ Maiestatis, l. 2. c. de his, qui ad Ecclesiam. Et alibi decernitur ponendum esse capitali pœna, & ultimi supplicij. Sed hæc pœna non est in vi. Suar. l. 3. c. 13. n. 6.

20. Iure autem Canonico pœna excommunicationis ferenda non latet. Sed in constitutione Gregorij XIV. est excommunicatio lata, vt

constat ex textu. Imò hanc excommunicationem incurrunt mandantes extrahi reum à loco sacro, & iudices, qui nec mandauerunt extrahi, nec extraxerunt, sed extractum ecclesiæ restituere noluerunt, aut morti adiudicarunt. Clar. in prac. §. finali. q. 30. & alij communiter. Prælati locorum immunitate gaudentium, tenentur delinquentes confugiētes ad locum immunem, consignare sacrali curi illam requirēti, si cognoverint, aliquod delictum ab eis commissum fuisse, propter quod immunitatis privilegium amittere. Constat ex ci. sacri Gregorij constit. Tamen antequam delinquentes, qui ad locum sacrum confugerat, curi seculari tradatur, obicienda est primò ab Episcopo, vel ab eius vicario facultas expresse capiendi, & extrahendi delinquentem, & debet assistere aliqua persona ecclesiastica ad hoc deputata, dum extrahitur: episcopus autem non tenetur stare processui à laica potestate facto, quo ostenditur reum priuandum esse immunitate: sed debet ipse nouas probationes recipere, vt certo de rei delicto constet. Diana p. 1. rr. 1. resol. 14. Fill. rr. 13. n. 48.

SECTIO SECVNDA.

Dubia de Templorum Immunitate.

CAPVT V.

Circa ea quibus Templum polluitur.

DVBIVM I

An per coniugalem copulam polluatur Templum

22. Nonnulla recolo,

Recolo, Templum pollui per homicidiū. Cap. Proposui, de consecr. Eccl. per vulneris grauis & iniurioli inflectionem. C. uni. de consecr. Eccl. Per suspensionem rei in ecclesia factam. Quia est actio iudicis nimis loco sacro iniuriola. Fagnan. l. de prec. Eccl. l. 4. c. 4. n. 17. Nau sum. c. 25. nu. 85. Per sepulturam excommunicati denunciati, aut percausoris manifesti Clerici. C. consuluisti, de consecr. Eccl. Per sepulturam infidelis, in quo comprehendendo puerum nondum baptizatum. Cap. Ecclesiam 1. & 2. de consecrat. dist. 1. Per effusionē seminis mortaliter peccaminosam. C. uni. de consecr. Eccl. in 6. Quæstionem verò, in per copulam coniugalem polluatur?

23. Polluitur quidem.

24. Non polluitur.

Pollui quidē videtur. Quia ratione loci sacri est peccatū sacrilegij. Sic palud. in 4. d. 18. a. 4. & dist. 31. q. 3. d. 2. d. Anton. p. 3. si. a. c. 20. §. 3. Caius. sum. v. m. tr. c. ult. Tol. l. 5. c. 8. n. 14. Graf. decis. c. 48. n. 16. Val. ro. 4. d. 10. q. 6. pu. 2. §. 7. Non polluitur Quia seminis effusio non potest ecclesiā pollucere, nisi sit sacrilega, & peccaminosa: At copula maritalis non est pecca-

ta & fiat. Ergo non polluit ecclesiam. Minorem probō. Quia non est sacrilega iure naturæ, vel diuino, vt de se constat: neque etiam positio, nullibi enim talis copula, scandalo excluso, prohibetur. Ita Glof. ad Cap. Ecclesia v. (emine, de consecr. dist. 1. Valg. 1. 2. d. 98. n. 6. Sā, v. Ecclesia, num. 14. Basil. Legion. l. 10. de matr. c. 10. n. 13. alios citans.

Mediam tero viam: si copula necessaria sit alteri coniugum ad periculum incontinentiæ vitandum, eo quod diu cogatur in ecclesia habitare, sacrilega non erit, nec per illam Ecclesia polluetur. Secus si ad hunc finem necessaria non sit. Priorem partem probō, quia non est credendum velle ecclesiam coniugem sic periclitantem suis legibus obligare, esset enim nimis dura obligatio. Secundam partem probō. Quia seculi hac necessitate, iure naturali videtur prohibita talis copula in illo loco, est enim eius grane vilipendium, ea vt ad actum ita materialiter trahitur sine necessitate. Mecum. Sayr. l. 5. de consecr. c. 16. n. 19. Azor. p. 1. l. 10. c. 26. q. 15. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 8. n. 3.

DVBIVM II

An actiones (quibus Ecclesiam diximus pollui) sint sacrilegia, si occulte fiant?

Sacrilegia non sunt. Quia in tantum videtur sacrilegia esse, in quantum sunt sacrilegia.

Sect. II de Immunit. Templor.

5

ipsis Ecclesia polluitur: sed non polluitur Ecclesia, nisi publice sint: ergo, cessante hac publicatione, non sunt sacrilegium. Sic Græf. *dec. p. 1. c. 4. §. n. 2. 6. Coninch de sacram. g. 8. 3. a. 3. dub. 1. n. 2. Valquez 1. 2. d. 9. n. 6. Basil. Legion. l. 10. de matr. c. 10. n. 5. Tol. l. 5. c. 8. & alij.*

27.
Sacrilegia
sunt.

Sunt plane sacrilegia. Quia manere Ecclesiam pollutam effectus est sacrilegij, & quasi poena illi us: Ergo non potest esse sacrilegium per ordinem ad illam poenam. Profecto si ob illas actiones Ecclesia interdicatur, illæ actiones peccata, & sacrilegia non essent, quia causant interdictionem, sed potius causant interdictionem, quia sacrilegia sunt: Ergo prius sacrilegium præsupponitur. Ita Nau. *sum. c. 16. nu. 32. Sanch. l. 9. de matr. d. 1. n. 1. 1. plures citans. Snar. ro. 1. de Relig. l. 3. c. 2. n. 7.*

28.
Cum his
qunt,

Cum his sententiis, nego esse sacrilegia, quatenus per ipsas actiones Ecclesia polluitur, sed quia in honorem, & reuerentiam loci sacri prohibita sunt. Nam si sacrilegium non esset, nisi quatenus de facto Ecclesia illis actionibus polluitur, sequeretur, sepe Ecclesiam absque sacrilegio pollui. Ponamus namque te homicidium occulte patrasse in Ecclesia, postea verò illud in iudicio confessus fuisti. Dic mihi, quandomam illud homicidium habet sacrilegij rationem? Quando commissum est, non habet, quia non polluit Ecclesiam; quando facta est illius confessio, tunc non committitur, & tamen tunc polluitur Ecclesia: Ergo polluitur Ecclesia absque sacrilegio. Quapropter dixerim, illas actiones sacrilegas esse, & Ecclesiam in habitum pollueret: tamen in actu polluta maneat, debent illæ actiones manifestari. I no iuxta probabilem sententiam debet sententia declaratoria criminis accedere.

DVBIVM III.

An Homicidium, vulneratio, vel seminis effusio sint sacrilegia & si in Templo fiant) independenter ab Ecclesia prohibiti ne:

29.
Sacrilegia
sunt.

Sacrilegia sunt. Quia seclusa prohibitione Ecclesie, attentatà solius loci sanctitate indecentissimum est, copulam coniugalem sine necessitate in Templo habere. Ergo hæc indecentia provenit ex loci sanctitate: Ergo est sacrilegium. Ergo à fortiori est Sacrilegium vulneratio, homicidium, seminis humani illicita effusio. Sic Sylvest. *v. Confessio. l. 9. 10. Corduba sum. q. 190. Medina Cod. de conf. f. §. q. de circumst. loci sacri. Snar. ro. 1. de Relig. c. 7. an. 6.*

30.
Non sunt
sacrilegia.

Non sunt sacrilegia iure positivo excluso. Quia excluso hoc iure intantum peccata in Ecclesia commissa possent esse sacrilegia quatenus eius consecrationi, & benedictioni opponantur. Sed nullum peccatum ex iure natura, seculi lege positiva, opponitur consecrationi, aut benedictioni, cum nullum sit, quod consecrationem, aut benedictionem tollat, seculi lege positiva id statuente: Ergo nullum est peccatum sacrilegij. Ita Cietan. *2. 2. q. 99. ad 5. Sotus l. 2. de iust. q. 4. artic. 4. Nauat. sum. c. 6. num. 1. Sanch. l. 9. de matr. d. 1. §. n. 4. & 5. Basil. l. 10. c. 10. nu. 9. Valq. 1. 2. d. 9. c. 8. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

98. à n. 4. Valen. 2. 2. d. 6. q. 15. p. 1. Azor. p. 3. l. 3. c. 31. q. 3. & alij.

Cum his probabilibus opinor. Nam si seclusa lege positiva, seminis, vel sanguinis effusio sacrilegium constituent, ob indecentiam, quam in locum sacrum continere videntur: etiam tactus impudici, mormuratio, testimonium falsum, alape infliccio, & reliqua omnia peccata sacrilegia esse deberent. At in fere omnium sententia hoc generaliter non admittitur. Ergo non est admittendum sacrilegium in illis peccatis Ecclesiam polluentibus seclusa lege positiva. nec ideo fit quælibet peccata facta in loco sacro non habere aliquam malitiam graviolem. Habent equidem, sed intra eandem speciem uti Caiet. 2. 2. q. 7. & alij docent. Sicut peccata commissa in die festo graviora sunt commissis die feriato, non tamen mutant speciem nefario censurandam.

31.
Eiusdem
mentis sum.

DVBIVM IV.

An Concilia, confabulationes, contra-ctum politici, & similia in loco sacro fieri prohibeantur vera, & rigorosa prohibitio.

IN Cap. docet, de immunit. Eccl. in 6. omnes hæc prohibentur actiones dubium autem est, num vera, ac rigorosa sit prohibitio, seu an sit præceptum Ecclesiasticum de illorum vitatione.

32.
Statu quæ-
stionis.

Non verantur vera, ac rigorosa prohibitio, idcoque eorum transgressio mortalis non erit nisi ex contemptu, vel cum notabili dinoriam officiorum impedimento fiant. Quia in eo Cap. nullum est verbum præceptum respectu subditorum, sed quid conveniens sit ibidem fieri declaratur. Cessent (inquit) confabulationes, cessent turpia, cessent negotiationes, cessent parlamenta, qui modus dicendi non videtur præceptum continere. Sic Nau. *de orat. & hor. canon. c. 5. n. 42. Tab. eodem, & Sylva. q. 2. n. 5.*

33.
Non ve-
rantur præ-
ceptina
prohibitio.
ne.

Verantur vera, rigorosa ac præceptina prohibitio. Quia textus præcipit ordinariis, ut subditos compellant autoritate illius Canonis, ad illa vitanda, stantem ille canon vim coactionem non haberet, non possent Ordinarij autoritate illius subditos per censuras compellere. Ita Glof. ad illud Cap. Snar. ro. 1. de Relig. l. 3. c. 6. n. 3. Palao ro. 2. d. vni. de immunit. Eccl. pun. 4. n. 2. & alij.

34.
Præcepti-
na prohibi-
tione ve-
rantur.

Huius sententiæ validum est fundamentum, ut subscribere cogat. Et quidem licet non sint textus verba præceptina in actu signato: sunt tamen in actu exercito, siquidem verbo imperatio prohibentur. Profecto non omnia, quæ illo in Cap. prohibentur sub gravi verantur piaculo, sed aliqua sub veniali, quia materia leniter hædit loci sanctitatem.

35.
Hoc longe
probabili-
lim.

A 3 DVBIVM

DV B I V M V.

An prohibiti sint in Ecclesia contractus ab Ecclesiasticis celebrati?

36.
Questionis
statum.

Prohibentur in Ecclesia fieri negotiariorum, & praecipue nundinarum. Cap. Deceat, de immu. Eccl. in. 6. Quibus verbis satis constat, prohibitos esse quoslibet contractus emptionis, & venditionis vltim politiciam respicientes. Non tamen semper grauis ibi interuenit culpa, sed quando adest negotiatio, id est, expositio ad pluries contrahendum vociferatione, & tumultu. Quaeritur verò, an contractus hi, si ab Ecclesiasticis celebrentur, sint prohibiti?

37.
Prohibiti
sunt.

Prohibiti sunt. Quia prohibetur fori cuiuscunque tumultus. Ergo tam tumultus tam ab Ecclesiastico, quam à seculari factus. Et quia Ecclesiastici archiues obligantur, quam seculares, Templis reuerentiam exhibere. Sic nonnulli Doctores non immeriti, nec immerito.

38.
Non sunt
prohibiti.

Non sunt prohibiti. Quia si prolatio sententiae Ecclesiasticae in illo Cap. non prohibetur, neque contractus Ecclesiastici prohiberi debent Ita Nauar. de orat. c. 5. n. 37.

39.
Hoc tenet.

Profectò rationes ab Authoribus primae sententiae conuincunt, debere Ecclesiasticos in sacris locis a contractibus cessare profanis. At si de rebus Ecclesiasticis contractus sint, crediderim non obligari ab eis abstinere, nisi quantum diuini officii esse possunt impedimenta.

DV B I V M VI.

An loci sacri immunitas, ne ad eum confugientes vi, aut dolo extrahantur: sit laicè explicanda?

40.
Questionis
statum.

In re Canonico, ac civili grauissima irreuerentia sit sacris locis si illud confugientes, nè securè existant viant fraude quis extrahat. Cap. Inter alia, de immu. Eccl. Cap. Frater. Cap. Minor. Cap. Reum Cap. Desinitur. Cap. Id constitutum. Trident. sess. 25. c. 20. Quaeritur autem, an haec immunitas late sit interpretanda?

41.
Non est
late interpretanda.

Late interpretanda non est. Quia derogat ius commune, in d. & naturale, quo cauetur, delicta non debere impunita manere. Et quia hac immunitate freti audaciores improbi redirentur ad crimina perpetranda. Sic Couar. l. 2. var. c. 20. n. 4. Decian. tr. crimin. l. 6. c. 25. n. 14. & c. 28. n. 6. & c. 29. n. 1.

42.
Late interpretanda est.

Late est explicanda. Quia est causa pia, & fauorabilis Ecclesiae. Et quia est priuilegium per modum legis in iure communi insertum, quod latam recipit interpretationem. Ita Alex. Ambros. de immu. Eccl. c. 10. n. 7. Marc. Anto. c. 22. prac. n. 2. Marian. Ital. de immu. Eccl. l. 1. c. 2. §. vni. m. 1. Farin. in append. immu. c. 2. n. 21.

43.
Hoc tenet.

Hinc sententiam, communem quidem, defendendam existimo. Quia nemini in particulari eam video praedicare.

DV B I V M VII.

An praefata communitas, ne confugientes ad loca sacra vi extrahantur, interpretatio faciendae sit vbi libet iuxta ius Canonicum aut Civile?

Iuxta ius civile, & non iuxta Canonicum fieri debet interpretatio extra Ecclesiam loca in terris Imperiis. Quia in pluribus Pontificiis decretis, praecipue in Cap. inter alia, de ius Civile, immu. Eccl. & in Cap. Id constitutum. 17. q. non iuxta 4. leges civiles de immunitate Ecclesiae loquuntur approbantur. Ergo saltem approbandae sunt pro terris Imperij, & pro Iudiciis secularibus auctoritates indicandi ab alio, quàm à Pontifice recipientibus. Se Additionat. ad Angelum de mal. v. Quod fama publica, n. 39. l. B. Alciat. de praesump. 3. n. 5. & alij relati à Deciano conf. 80. n. 3. lib. 3.

Iuxta ius Canonicum haec interpretatio est faciendae. Ita Decian. tract. crim. l. 6. c. 25. n. 6. Alexand. con. 14. §. n. 2. & 10 l. 7. Farinacian. append. de immu. Eccl. c. 2. n. 28. & 31. cum per ius Canonicum eam Immunitatem induxerit, quam deinde Principes suis legibus tunc sunt.

Moneo tamen cum Deciano de carcere & carceratis q. 18. n. 6. si dubium aliquod suboritur super interpretatione iuris Canonici, sensui illam interpretationem sequendam esse, quae cum iure civili conveniat. Quia iura iuribus conuenire debet, iuriumque correctio, quoad fieri possit, vitanda.

CAP V T VI.

Circa loca sacra, quae hac reuerentia debetur.

DV B I V M VIII.

An ut loco alicui immunitatis reuerentia debeat, necessarium sit ut in eo Augustissimum Eucharistiae Sacramentum permanentiter existat?

Ecclisae auctoritate Episcopi erectae, etiam si consecrata non sit, haec reuerentia debetur. Cap. Ecclesiae, de immu. Eccl. Quaesitur verò nunc necessarium sit, ut in ea Eucharistiae Sacramentum permanentiter existat?

Necessarium est. Quia propter hoc Augustissimum Mysterium est haec immunitas constituta. Sic Couar. l. 2. var. c. 20. n. 4. Anac. Ital. de sacror. immu. l. 2. c. 6. n. 26. Tuschus pract. concl. v. Ecclesia, concl. 9. n. 19. Vbi, allegato Claro, testatur, ex consuetudine in plurius id locis asseruari.

Non est necessarium. Quia in Cap. Ecclesia, & in aliis textibus de immunitate loquentibus non expostulatur. Ita Farinac. append. de necess. immu.

Seçt.II. De Immun. Templor. 7

immun. c. 7. n. 254. Palao 10. 12. d. uni. de immun. Ecclesiar. pun. 6. n. 2.

50.
Cum his
opinor.

Cum his sentio. Nam ratio concedendi hanc immunitatem non est continua Christi Domini Sacramentalis praesentia; sed quod talis locus destinatus sit Episcopi auctoritate ad divina inibi celebranda.

DVBIVM IX.

An ut locus sacer immunitate gaudeat, sit necessarium, ut inibi divina celebrentur?

51.
Est neces-
sarium

Necessarium est. Quia in Cap. Ecclesia, de immun. Ecclesiar. dicitur non adimi immunitatis privilegium Ecclesiae, in qua divina mysteria celebrantur: Ergo à contrario sensu adimi debet hoc privilegium Ecclesiae, in qua divina non celebrantur. Quoniamque enim divina celebrantur, non videtur Ecclesia, quae nec consecrata, neque benedicta est, divinis obsequiis esse dicata Ita Gloss. ibi, v. celebrantur. Zabarella ibidem Butri n. 2. & Innocent. Cap. Inter alia, de immun. Ecclesiarum, v. ad Eccles. Hostien. ibi. Decian. tr. crimin. l. 6. c. 2. n. 24. Alexand. Anabros. de immun. Eccles. l. 10. num. 2.

52.
Necessa-
rium non
est.

Non est necessarium. Quia hic est locus Religiosus divinis dicatus obsequiis. Quod verò in eo divina non celebrentur per accidens est: sufficit enim, quod celebrari possint. Nam ex hac aptitudine Ecclesia nominatur, vel saltem locus Religiosus dicitur. Ita Azor. p. 2. l. 9. n. 2. Farinac. q. 28. n. 34. & in append. de immun. c. 17. n. 258. Bonac. in 1. prac. decal. d. 3. q. 7. §. 2. n. 2. Suar. 10. 1. de Relig. l. 3. c. 9. n. 2.

53.
Cum his
opinor.

Existimo, eo ipso, quo Ecclesia auctoritate Episcopi primum lapidei apponentis fuerit constructa, immunitate potiri. Nam si talis Ecclesia fuerit sanguinis, vel seminis effusione reconciliatione indiget, ut probat textus in Cap. si Ecclesia, de consecr. Eccles. Ergo erat locus Sacer. Ergo immunitate potitur.

DVBIVM X.

An extendatur loci sacri immunitas ad Domum Episcopi cum intra quadraginta passus à Templo Cathedrali non distat?

54.
Nonnulla
de locis
immunita-
te gaudent
reco-
lo.

Recolo extendi hanc immunitatem ad Ecclesias nondum perfecte constructas. Ad Tempia interdicta, polluta, diruta, modo non sit Episcopi auctoritate, aut sine spe reedificationis: extendi ad totam Ecclesiam fabricam, unde confugientes ad eius fores immunitate fruantur: item ad claustrum, porticum, ambitum, dormitorium, ad cimiterium Ecclesiae, ad Hospitale Episcopi auctoritate erectum ad conventus Religiosorum, secundum totum illud, quod septum est: ad oratorium Episcopi facilius erectum, ad ta-

bernaculum Eucharistiae, ad Sacerdotemque, qui illam per plateas ad agros apportat. Quæstio fieri verò, an extendatur privilegium immunitatis ad Episcopi domum? Certum est extendi ex Cap. Id constitutum 17. q. 4. ibi: Ab Ecclesia aurius, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat. Quod verum habet etiam si Episcopus absens sit, vel mortuus, modò non sit alteri domus locata. Marian. Ital. de immun. l. 1. c. 4. §. 9. n. 4. Farinac. append. de immun. Eccles. c. 17. n. 270. Dubitatur verò an hoc verum sit, si domus quadraginta passus ab Ecclesia Cathedrali distet?

Si distet quadraginta passus non extenditur ad eam immunitas. Quia consuetudine, & vfu Non ex forensi sic est receptum. Et quia hac immunitas ob locum sacrum, qui est Ecclesia con- ceditur: Domus vero Episcopi adeò ab Ecclesia distat, neque est Ecclesia, nec illius finis. Ergo. Sic Decian. tr. crimin. l. 6. c. 25. n. 14. Bonac. de immun. d. 3. q. 7. §. 2. n. 8. Cou. l. 2. var. c. 2. n. 5.

Extenditur, tametsi ultra quadraginta passus ab Ecclesia Cathedrali distet. Quia ex- pressè, & absque vlla limitatione in Cap. con- stitutum hoc privilegium domui Episcopali conceditur. Ergo limitandum non est, cum favorabilis sit, ac pium. Et quia si intra quadraginta passus deberet domus Episcopalis existeret, ut hoc privilegio gauderet: nulla ei specialis prerogativa conceditur, quæ non concedatur cuiuslibet domui Ecclesiae, vel Canonorum ibidem existentium: cum his omnibus in satis probabili sententia hoc privilegium sic concessum. Ita Nauar. sum. c. 25. n. 18. Suar. 10. 1. de Relig. c. 9. n. 9. plures referens Farinac. de cancer. q. 28. n. 38. Tuschius præf. v. Ecclesia, concl. 9. n. 11.

Dixerim ferè ex omnium sententia, si domus Episcopi capellam, seu oratorium habeat, ut regulariter habet, gaudere immunitate, etiam si ultra quadraginta passus ab Ecclesia distet. Quia iam videtur ratione capellæ locus sacer, ac Religiosus esse. At si capella careat, etsi prima sententia probabilis sit, probabiliorem secundam esse reor. Quia domui Episcopi habenti capellam omnes fere conveniunt hanc prerogativam debitam esse, sed ob capellam aut oratorium, priusquam, quale communiter Episcopi habent, non debetur, sicuti nec ipsi priuato oratorio. Ergo asserendum est debitam esse ob Episcopalem dignitatem.

DVBIVM XI.

An Cæmeterium, quod Ecclesia contiguum non est gaudeat immunitate.

Extenditur immunitas ad cæmeterium Ecclesiae. Cap. fin. de Eccles. immun. Hoc Quæstionis certum. Dubium verò est, an hoc intelligendum sit de cæmeterio Ecclesiae contiguo, an etiam de separato?

Cæmeterium, quod Ecclesiae non est contiguum hac immunitate non gaudet, nisi constet consecratum esse. Quia alias non est, unde locus sacer dici queat. Sic plures relati à Deciano l. 6. c. 2. n. 28.

A 4 Quodlibet

60.
Immuni-
tate gau-
det.

Quodlibet cæmeterium separatim licet, hac nullo immunitate. Quia eo ipso, quo fidelium sepultura sit destinatum præsumitur benedictum esse, & Episcopi autoritate sacrum. Ita Farinac. *append. de immunit. c. 17. n. 264.* Anast. *German. de sacror. immunit. l. 3. n. 1.* Marian. *Ital. de immunit. Eccl. l. 1. c. 4. §. 7. n. 28.* & 29. *Nauar. sum. c. 25. v. cæmeterium,* & alij.

61.
Hoc ve-
rius.

Hoc verius longè esse puto. Nam textus absolute cæmeteriis hanc præscribit immunitatem: ibi: *Vel earum cæmeteriis.* Omnia autem cæmeteria Ecclesiæ sunt, licet contigua ob aliquam causam non appareant.

D V B I V M XII.

An Domus Eminentissimorum Cardinalium gaudeant immunitatis privilegio?

62.
Caudent
quidem.

Gaudent quidem non solum si in Urbe existant, sed etiam extra. Quia si hæc prærogativa Episcoporum domibus conceditur, & Cardinalibus Ecclesiæ Principibus potiori iure concedi esse videtur. Sic *Nauar. sum. c. 25. n. 18.* *Decian. tract. crimin. l. 6. c. 25. n. 15.* *lul. Clar. pract. §. fin. q. 30.* *Tulchus v. Ecclesia concil. 9. n. 12.* *Marian. Ital. de immunit. Eccl. l. 1. c. 4. §. 9. n. 22.*

63.
Non gau-
det.

Minimè gaudent. Quia cum hoc privilegium non sit in iure fundatum debet ex consuetudine, vel ex speciali indulto haberi. At hæc consuetudo (si forte aliquando viguit) constitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. sublata est. Ita *Farinac. de carcerib. q. 28. num. 48.* & in *append. de immunit. c. 17. n. 274.* *Palao to. 2. d. vni. de immunit. Temp. pan. 6. n. 23.*

64.
Hoc dico
dum exi-
stimo.

Hoc dicendum existimo. Quia licet illa consuetudo introduci merito potuit ob similitudinem, quam habent cum Episcopalibus domibus: si iam sublata est ex Pontificum præfata constitutione.

D V B I V M XIII.

An Domus Clericorum, qua intra 40. Cathedralis Ecclesiæ, vel 30. alius passus existunt, fruuntur immunitate.

65.
Nonnulla
suppono.

Suppono, extendi immunitatem hanc ad Ecclesiæ confines. *Cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* Quod si rogites, quæ nomine confinium intelligantur? Respondeo pro Ecclesiæ Cathedrali quadraginta passus per circuitum eius: pro minori Ecclesiæ triginta. ibi. *Statuimus, ut maior Ecclesiæ per circuitum quadraginta passus habeat, capella vero, vel minores Ecclesiæ triginta.* Huiusmodi passus ab octio Ecclesiæ debent annumerari, quod satis indicat verbum, *per circuitum.* *Farinac. append. de immunit. c. 18. n. 286.* aliis relatis, probat, quemlibet passum quinque pedes, & æquemlibet pedem quindecim digitos continere. Jam requiritur, num domus Clericorum

(supponit enim Glossa citanda, intra illos quadraginta, vel triginta passus solummodo Clericorum domos contineri) quæ intra circuitum illum Ecclesiæ existunt, hac immunitate fruantur?

Fruntur equidem. Quia textus totum illum circuitum immunitate donat. Et quia *Cap. Fruuntur Quisquis inuentus 17. q. 4.* dicitur, committere immunitatem sacrilegium qui infregerit Ecclesiæ, vel triginta Ecclesiasticos passus qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, vel domos quæ intra prædictos passus extiterint: ubi Glossa dicit, *Domus Clericorum, nam alie non debent ibi esse ex Cap. Nulla 12.* Sic *Tulchus v. Ecclesiæ concil. 9. n. 3.* & 4. *Decian. tract. crimin. l. 6. c. 25. n. 9.* *Farinac. append. de immunit. c. 18. n. 287.*

Non fruntur. Quia circuitus quadraginta vel triginta passuum debet intelligi de ambitu Ecclesiæ domibus particularibus non discontinuato. Quia talis domus, sicut & via publica, non potest dici Ecclesiæ circuitus, cum Ecclesiæ domus non sit. Audi textum in *Cap. Definuit 17. q. 4.* In hoc triginta passuum numero absque domorum extraneorum re. optaculo præcedendi aditum obinebunt. Ex quo fit, non solum domus laicorum, sed etiam particularium Clericorum existentes intra triginta passus Ecclesiæ hac immunitate non gaudere, sed necessarè requiri ut domus illius Ecclesiæ sint alias dici non possint in circuitu Ecclesiæ existere. Ita *Alberic. leg. 2. vers. Ego credo, C. de iis, qui ad Ecclesiæ confingunt.* *Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 4. §. 2. & 3.* *Farinac. append. de immunit. c. 18. n. 291.*

Cum his longè probabilis opinor, si iuri standum. Nam textus in *Cap. Quisquis pro prima sententia adductus, nihil circa immunitatem de domibus particularium definit, habiliat Dixi, si iuri standum* Nam si ad consuetudinem attendam, certum est, eam in contrarium iam esse, nec quadraginta, vel triginta passuum ad immunitatem attendi. *Suar. l. 3. de Reuer. debita locis sacris, c. 9. n. 3.* *Covar. l. 2. variat. s. 10. n. 5.* *Nauar. sum. c. 25. n. 18.* *Farinac. de carceribus q. 28. n. 12.*

D V B I V M XIV.

An Privilegium immunitatis extenditur ex iure ad tabernaculum Eucharistiæ, & ad sacerdotem Eucharistiæ deponentem?

Non extenditur ex iure. Quia nullibi id textus statuere *Castro Palao to. 2. de immunit. Templ. d. vni. pun. 6. n. 24.* Ex iure extenditur. Quia cum tota hæc ex iure immunitas Ecclesiæ ob reuerentiam Ex iure Sanctissimæ Eucharistiæ ibidem existentis extendatur sit introducta: sequitur eam ipsi Eucharistiæ potius deberi: ac proinde illam amplectens, id est sacerdotem eam deferentem immunitate frui. Ita *Farinac. de carcerib. q. 28. n. 11.* innumeros referens *Petr. Gregor. synag. iuris, l. 3. §. 2. l. n. 14.* *Tulchus pract. v. Ecclesiæ, concil. 10. n. 33.* *Anast. German. de sacror. immunit. l. 3. c. 26. n. 51.*

Existimo, hoc privilegium extendendum ad tabernaculum Eucharistiæ, si ætra illam hæc. *Primus*

Secl. II. De Immun. Templor. 9

sententiam beat: vel ad Sacerdotem Eucharistiam depor-
tantem per plateas. Attamen hoc privilegium
ex iure non haberi certum existimo, sed solum
consuetudine esse introductum, & merito;
quia pietatem fouet, deuotionem ac reueren-
tiam tanto Sacramento debita excitat. Qua-
re consuetudo vt vim legis obtinens expe-
ctanda est, & iuxta illam causâ decidenda.
Mecum Suar. 10. 1. de Relig. l. 3. c. 9. n. 10. &
Bonac. ad 1. Decal. prec. d. 3. q. 7. §. 2. n. 111.

D V B I V M XV.

*An extendatur Immunitatis privile-
gium ad Principis statuas?*

*71. Extendi-
tur quia-
tem.* **E**xtenditur quidem. Quia Principum sta-
tuas tanquam Ecclesie securos reddunt de-
quentem, qui ad illas confugit, Leg. vii.
de iis, qui ad statuas confugiunt Leg. i. c.
de iis, qui ad Ecclesias confugiunt. leg. Ca-
pitulum §. ad statuas ff. de iuris. Sic Petr. Gre-
gor. synag. iuris l. 3. c. 21. n. 11. & 12. Hostiens.
Anchar. Ioan. Andr. ad Cap. Ecclesie, de im-
munit. & alij plures relati à Deciano, & Fari-
nacio citandis.

*72. Non ex-
tenditur.* Non extenditur quia talis immunitas sacrâ
non est cum non sit à Pontifice introducta.
Et quia non est in reuerentiam diuini cultus.
Sed in humani Principis honorem. Ita Deci-
m. crim. n. l. 6. c. 2. n. 5. Farinac. de carceribus q.
28. n. 49. & in append. de immunit. c. 17. n. 278.

Ego quidem existimo, hanc immunitatem
(tamen viget) Sacram non esse, neque inter
immunitates Ecclesie annumerandâ. Immo
videndum ubiq; hodierni mores illâ recipiât.

C A P V T. VII.

*Circa personas qua huius
Immunitatis privilegio
potiuntur.*

D V B I V M XVI.

*An interdictus ab ingressu Ecclesie
fruaturs hac immunitate?*

*73. Cerim
suppono.* **E**RTUM est, omnibus Christianis
baptizatis cuiuscumque conditionis
existant, (exceptis casibus in iure
expressis) immunitatis Templorum privile-
gium esse concessum. Si ad illa confugiant.
Cap. Inter alia, de immunit. Eccl. Cap. Frater.
Cap. Minor. Cap. Si quis contumax. 17. q. 4.
Vnde siue liber sis, siue seruus, siue nobilis,
siue ignobilis, siue iuuenis, siue senex hoc pri-
uilegio gaudes. Quæserim verò, an inter di-
ctus ab Ecclesie ingressu hac fruatur immu-
nitate?

74. Non fruatur. Quia non debet Ecclesia eum

protegendum recipere, quem à se per inter-
dictum excludit. Porro sic ingrediens vide-
tur aduersus Ecclesiam prohibitionem delin-
quere, cuius aditus est ei interdictus. Ergo fru-
stra eius auxilium implorat. Sic. Felin. ad
Cap. A nobis, de exceptionibus num. 5. Sum.
Confel. tit. de immunit. Eccl. quest. 5. Fauet
Cap. Quia frustra, de usur.

*75. Fruitur
quidem.* Fruitur equidem. Quia interdicti censura
non habet hunc effectum priuandi personam
interdictam hac immunitate. Et quia interdi-
ctus non priuatur ad ingressu Ecclesie mate-
riali, sed formali, scilicet, ab Ecclesie ingres-
su in ordine ad diuina officia exaudienda,
Ita Farinac. append. de immunit. c. 2. n. 44. Suar.
10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 4. Alex. A. ubrofin.
de immunit. c. 8. n. 12. Bonac. de immunit. d. 3. q.
7. §. 3. n. 8.

*76. Hoc dicen-
dum.* Hoc dicendum existimo. Nam contra cen-
suram interdicti non delinquit, qui ob vitan-
dam grauem penam ad Ecclesiam confugit,
etiam tempore, quo diuina officia peragun-
tur; quia necessitate compulsus illuc confugit.

D V B I V M XVII.

*An excommunicatus excludatur ab Im-
munitatis indulto?*

*77. Excludi-
tur planè.* **E**xcluditur planè. Quia non decet, Eccle-
siam eis fauere, qui ipsi rebelles ostenden-
tur. Et quia excommunicatus ab Ecclesie
ac fidelium participatione est exclusus; ergo
exclusus est ab hoc privilegio. Sic Felin. ad
Cap. A nobis, de exceptionibus n. 5. Sum. Confel.
tit. de immunit. Eccl. q. 5.

Non excluditur. Quia excommunicatio non
habet hunc effectum priuandi excommuni-
catum immunitate; & ex alia parte om-
nibus locis sacris est hæc immunitas conce-
ssa absque excommunicationi exceptione. Ergo
minimè excluditur. Ita Farinac. append. de im-
munit. c. 8. n. 12. & de carcerib. q. 28. num. 39.
& 40. Suar. 10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 4. Bonac.
de immunit. d. 3. q. 7. §. 3. n. 9. Tuschus v. eccle-
sia concl. 10. n. 26. Clarus l. 5. §. fin. q. 30. num.
18. Azor. p. 1. l. 9. c. 9. post. v. Quid de pagano.
Conat. l. 2. var. c. 20. n. 11. & alij.

Hanc sententiam vnicè veram esse credi-
derim. Cui non obstat excommunicatum in-
dignum esse huiusmodi beneficio: tanto enim
vberiore pietatem Ecclesia ostendat, vere vnicè ve-
ram esse. Mater, si illum tueatur, & defendat. Non enim
considerat ad illius defensionem prauum filij deli-
ctum, & excommunicationem contractum,
sed loci sanctitatem.

D V B I V M XVIII.

*An hereticus in aliis criminibus ab
heresi potiatur Templi im-
munitate?*

*80. Questionis
tate status.* **E**RTUM est, hæreticum, quoad hæreseos
punitionem minimè Ecclesie immuni-
tate status.

tate gaudere, sed fugientem ad Ecclesiam posse & debere extrahi, ac recludi. Queritur autem num in aliis criminibus hac immunitate potiatur?

81
Non poti-
tur.
Non potitur. Quia haereticus indignus videtur hoc esse beneficio, vtpote Ecclesiae hostis. Deinde ratione haereticus à privilegio immunitatis est exclusus. Ergo est exclusus quoad omnia delicta: alias erit exclusus, & non exclusus. Sic Decian. *tr. crimin. l. 6. c. 26. nu. 4.* fauet Alexand. Ambrosin. *de immuni. cap. 8. nu. 9.*

82
Potitur
plane.
Potitur equidem. Quia respectu aliorum delictorum crimen haereticus semper accedens habet. Ergo non potest immunitatem, quam delinquens obtinet, ne ob alia delicta ab Ecclesia extrahatur, impedire. Ita Sylvest. *vers. Immunitas 3. nu. 2. Suar. l. 1. de Relig. cap. 10. n. 13. Bonac. de immuni. d. 3. q. 7. §. 3.*

83
Hoc pro-
babilius
esse iudico.
Hoc probabilius admodum esse crediderim. Nam lex prius haereticum immunitate, formaliter intelligenda est vt scilicet prius eum quatenus haereticus est, non quatenus homicida, aut fur, aut alio crimine infectus: alias qui delinqueret in Ecclesia prius esset immunitate, non solum quoad illud delictum, sed quoad alia quaelibet: quod est contra communem Doctorum sensum. Fateor autem haereticum indignum esse hoc beneficio, sed Ecclesiae benignitas vt pietatis thesauros ostendat, ab eo eum non excludit. Neque inde fit, haereticum fore exclusum, & non exclusum absolute: sed solum esse exclusum quoad haereticum, & quoad alia delicta admissum.

DVBIVM XIX.

An infideles, Mauri scilicet, Turcae, &c. gaudeant immunitate?

84
Non
gaudent.
Minime gaudent. Quia *C. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt*, dicitur, confugiens ad Ecclesiam à privilegio immunitatis excludi, etiam si baptismum petant. Simulant enim, se Christianae legi velle coniungi. Et quia de his, qui foris sunt, non curat Ecclesia, neque eos potest indicare. At si immunitatis privilegium illis concederet, indicare posset. Ergo non comprehenduntur. Sic Farinac. *de carceribus quaest. 28. nu. 68. Decian. tr. crimin. l. 6. cap. 26. nu. 2. Conar. l. 2. var. c. 20. nu. 11. Gualter. pract. qq. l. 3. q. 7. n. 51. & alij apud Farinac. ubi supra.*

85
Gaudent
quidem.
Gaudent omnino. Quia *Cap. Inter alia Cap. Minor. Cap. Frater. Cap. Si quis inuentus*, & *Cap. Si quis contumax* omnibus indistincte conceditur hoc privilegium: non enim propter personas, sed personis propter locum concessum est. A. infid. les capaces sunt huius benigne, & vitronae concessionis: Ergo siue velint converteri, siue fictè converteri velle dicant, siue renuant, hoc privilegio gaudent. Ita Gloss. & Innocent. *ad cap. Inter alia de immuni. Eccles. v. extrahendus. Sylvest. v. Immunitas 3. nu. 2. Tobie. eodem nu. 7. Arnul. n. 9. Marian. Ital. de immuni. l. 1. cap. 3. §. 1. per totum Hieron. Tabal. commun. contra commun. q. 263.*

Media via procedam. Gaudet immunitate Indaeus, Sarracenus, & quilibet infidelis, ad Ecclesiam confugiens, si velit fidelis esse, secus si simulet se velle converteri, aut renuat. Quia si æquum est, vt Ecclesia fauceat ei, qui ei inferuire cupit: secus ei qui rennit. *meum Azor. p. 2. l. 9. c. 9. q. 9. & Bonac. de immuni. d. 3. q. 7. §. 3. nu. 5.*

DVBIVM XX.

An qui in carcere reclusi, fractis vinculis, ad Ecclesiam aufugiunt, fruuntur immunitate?

Non fruuntur. Quia potestati Iudicum, & eorum iudicio iubeat sunt, qui carceri adiciuntur: Ergo contra iustitiam à tali iudicio se eximunt: Ergo ne videatur Ecclesia iniustitiam fauere, his delinquentibus est immunitas abneganda. Sic Petr. Gregor. *Syntag. iuris l. 3. c. 2. n. 2.*

Fruuntur plane. Quia privilegium immunitatis omnibus ad Ecclesiam confugiens conceditur, præter casus exceptos: At si fractis vinculis ad Ecclesiam confugiunt, non est delictum exceptum. Ergo. Ita Naur. *sum. cap. 25. nu. 19. Decian. tr. crim. p. 2. l. 6. c. 28. nu. 13. Farinac. q. 28. nu. 41. Tullius pract. concl. v. Ecclesia, conclus. 10. nu. 30. Bonac. de immuni. d. 3. q. 7. §. 2. nu. 20. Suar. l. 1. de Relig. l. 3. c. 11. nu. 18. & 19. Conar. l. 2. variat. c. 20. n. 13. & alij.*

Vnicè hoc verum existimo. Nam Iudices solum obtinent potestatem indicandi reus, dum ipse reus sua in iudiciatione existit: si extra illam exeat, dum ad Templum se recipit. Neque in hac fuga graue piaculum perpetrat. Quia suo iure vitatur, & posito gratis, quod illud committat, non est crimen ab immunitate exceptum.

DVBIVM XXI.

An si quis data fide custodi iuramento firmata ad carcerem redeundi, confugiat ad Ecclesiam: fruatur immunitate, si carceratio iniusta fuit?

Conueniunt omnes, immunitate gaudente, si carceratio fuit iniusta, Queritur Statim verò, an si carceratio esset iusta, immunitate fruat?

Non fruatur. Quia periculum tollit immunitatem. Sic Decian. *tr. crimin. l. 6. cap. 28. nu. 21. Naur. sum. Azor. p. 2. l. 9. c. 9. vers. Quid dicendum. & alij iur.*

reuitur equidem. Quia periculum immunitatem minime tollit. Nec enim crimen periculi exceptum inuenitur. Ita Farinac. *ibid. quidem nu. 200. Fagund. p. 2. de præ. Eccl. l. 4. cap. 4. nu. 58.*

His adhæreo. Quia præterquam quod periculum

Secl. II. De Immun. Templor. II

His adhuc. in iurium non tollit immunitatem, non erat ille incarcerationis pro crimine exceptio. Addo, facillimo negotio impetrari posse iuramenti relaxationem, & sic cessabit periculum, immo P. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 1. num. 20.* & Fagundes citati addunt, si nolit ille, ad carcerem redire, posse Praelatum impetire facultatem, ut ab Ecclesia extrahatur habita cautione de corporalis poenae immunitate: secus si subesset capitalis poenae periculum.

DVBIVM XXII.

An Clerici beneficiati, vel in maioribus ordinibus constituti gaudeant immunitate comparatione iudicium suorum in criminibus non exceptis?

⁹⁴ *Certa* *suppon.* **C**ertum est immunitate gaudere comparatione iudicium secularium. Quia ratione dignitatis ab eorum iudicio exempti sunt. Clerici vero in minoribus constituti, nec habentes beneficium, nec alicui ecclesiae specialiter addicti, quique iurisdictioni iudicium secularium subduntur, eodem modo ac de laicis dicendum est immunitate gaudere. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 7.* Navar. *sum. cap. 25. n. 22.* Quapropter questio est, num Clerici beneficiati, vel in maioribus ordinibus constituti, qui quidem a laice potestatis iurisdictione excluduntur, & Ecclesiasticae sunt addicti gaudeant immunitate ecclesiae comparatione suorum iudicium, sicut gaudent laici suorum comparatione? Et quidem non gaudere in criminibus exceptis certum omnino est. Quid autem in criminibus non exceptis?

⁹⁵ *Non gaudent* *suppon.* **N**on gaudent immunitate. Quia immunitas ecclesiae non debet ecclesiae ipsius potestati derogare. Ergo non debet impedire ecclesiasticam potestatem suos subditos punire. Sic Abbas *ad cap. inter alia, de immun. Eccles. num. 13.* Sylvest. *vers. Immunitas, num. 7.* Azpil. *num. 10.* Rosel. *num. 9.* Decian. *tr. crim. l. 6. cap. 28. numer. 14.* Nader. *sum. cap. 25. num. 22.* Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. cap. 10. n. 5.* Bonac. *prac. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 3. n. 7.* & alij apud ipsos.

⁹⁶ *Gaudent* *suppon.* **G**audent profecto. Quia iura loquentia de immunitate, generaliter, & absque vlla limitatione loquuntur. *Cap. Inter alia cap. Id constituimus. cap. Definimus. cap. Si quis contumax. cap. Si quis inuentus.* Ergo non debemus ad solos laicos privilegium limitare. *leg. de pretio ff. de Publiciana* alias Clerici deterioris conditionis, quam laici essent, siquidem privilegium laicis concessum ipsis denegatur. Ita Farinac. *de carceribus quest. 28. numer. 7.* Bernard. Diaz *pract. cap. 115.* Couarru-
nias *l. 2. variar. cap. 20. n. 16.* Clar. *in pract. §. fin. q. 30.* Decian. *tr. crim. l. 6. cap. 26. num. 1.* Tuschus *pract. conclus. ver. Ecclesia, conclus. 9. numer. 17.* & *concl. 1. 1. numer. 27.* Marian. *Ital. tr. de immun. l. 1. cap. 3. §. 1.* Ioan. Gutierrez *pract. qq. civil. q. 3. num. 1.* asserens, hanc sententiam in puncto iuris esse veriore.

Ego autem existimo, spectato iuris rigore, utramque sententiam probabilem. *Authent. 97* *resolutio.* At, attenta consuetudine, crediderim, primam probabiliorē esse. Quia passim iudices ecclesiastici delinquentes Clericos ex ecclesia extrahunt, & vinculis illigant sine vilo scrupulo, nec vllus est qui immunitatem proclamare nitatur in sui defensionem. An non absque loci sacri reuerentia violata, sententia ecclesiastica delinquentis pronunciari in ecclesia potest ex Cap. Praeceptum 2. q. 2. Glossa affirmante *ad cap. Nullus clericorum 17. q. 4.* Ergo signum est, comparatione ecclesiastici iudicis non procedere immunitatem.

DVBIVM XXIII.

An servus per respectum ad dominum fruatur immunitate, si in delicto graui dominus iuramento praestito dat securitatem?

⁹⁸ *Status* *questio.* **C**ertum est, comparatione iudicis immunitate frui. Quia comparatione illius per accidens est seruitutis qualitas. Questio est respectu domini, an si hic praestito iuramento in graui periculo de incolumitate serui, immunitate adhuc fruatur?

⁹⁹ *Non fruatur* *inuitus.* **N**on fruatur, sed praestito Clericis iuramento de incolumitate serui, debet domino tradi etiam inuitus. Quia sic deciditur *Leg. Praesens §. fin. tur. C. de iis, qui ad Ecclesiam confugi.* Sic Innocent. *ad cap. Inter alia, §. si vero seruus, de immun. Ecclesiar.*

¹⁰⁰ *Fruatur* *planē.* **F**ruatur planē. Quia legis allegata decisio procedit, cum delictum serui paruum, aut nullum fuit, tunc enim iuramento praestito videtur sufficiens securitas seruo dari, & periculum immoderate castigationis tolli. At si delictum graue sit regulariter iuramentum non sufficit, sed securitatem aliam debet dominus adicere, ita Glossa *ad leg. Praesens, vers. Aut propter delictum Farinac. append. de immun. c. 4. n. 76.* Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 2.* Gutier. *pract. qq. civil. quest. 1. nu. 1. §. 18.* Azor. *p. 2. l. 7. c. 9. q. 9. & alij.*

¹⁰¹ *Hoc verum* *esse longe.* **H**oc verum esse longe, crediderim, addens, si dominus praestitam a Doctoribus his securitatem praestare nolit, aut non possit, compellendum esse seruum vendere nec antea debere reor. *re illi tradi ex §. fin. institut. Quibus alienare licet, vel non. Abbate ad Cap. Inter alia, n. 23. & Butrio num. 17. tradentibus.*

CAPVT

CAPVT VIII.

Circa casus, in quibus confugiendi ad Ecclesiam debita sit Immunitas in causis civilibus, & criminalibus.

DV B I V M XXIV.

An debitor ad Ecclesiam confugiens, possit immunitatem?

102
Non potest.

Non potest. Quia immunitas Ecclesiae à iure Ecclesiastico, non à civili promanat. At ius Ecclesiasticum solum delinquentibus immunitatem concedit, non debitoribus. *cap. Inter alia, & cap. constituta*, ibi *Non liceat reos ab Ecclesiis extrahere*. Rei autem propriè sunt delinquentes non debitores. Sic Orland. *conf. 54. n. 2.* Abbas *ad cap. Inter alia, num. 22.* Boërius *decis. 215. num. 7.* Alberic. *p. 1. statutor. q. 39. & in Rubr. C. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

103
Plane possit.

Possit plane. Quia hæc immunitas iure civili est concessa ex lege *Præsenti. Codic. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt.* Sed Ecclesia approbat leges, & constitutiones civiles, quæ ecclesiarum immunitati à se statuat non præiudicant, sed potius fauent, & augent. *Trid. sess. 25. c. 20.* Ergo huiusmodi leges civiles canonizatae sunt. Ergo non solum à iure civili sed Canonico hæc immunitas debitoribus est concessa. Ita Farinac. *de carceribus q. 28. num. 31.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 9. q. 9.* Saar. *101. de Relig. l. 3. c. 11. num. 3.* Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 1.* & alij.

104
Hoc tenendum.

Cum his sentiens, iudico tenendam esse hanc communem sententiam tam in confutendo, quam in iudicando. Fateor enim expresse in iuribus solum fieri mentionem delinquentium, & non debitorum; at concessa delinquentibus immunitate, debitoribus concessa manebat: eo quod absurdum erat nocentibus fauere, innocentibus excludere. Adde, sub nomine reorum propriè nocentes intelligi: attamen etiam possunt intelligi debitores. Quia rei sunt in iudicio: & cum hoc sit privilegium favorabile, debet secundum omnem suam latitudinem significationis accipi.

DV B I V M XXV.

An debitor tributorum possit ab Ecclesia extrahi?

105
Extrahi potest.

Extrahi potest. Quia *Authent. de mandatis Principum* id expresse habetur. Et quia debitori conceditur ab ecclesia immunitas, quatenus approbat leges civiles im-

munatatem concedentes. At non est lex civilis, quæ his debitoribus immunitatem concedat: sed potius est lex, quæ illis immunitatem denegat, ut ex *Authent. patet*. Ergo non est immunitas tributorum debitori concessa. Sic Petr. Gregor. *Synag. iuris, l. 33. c. 22. num. 2.* Anchar. *ad cap. Inter alia, num. 6. & 7.* Anton. de Butrio *num. 13.* Orland. *conf. 54. n. 2.* Subdicens, attendendam esse consuetudinem.

Non potest extrahi. Quia immunitas Ecclesiastica omnibus delinquentibus, & reus concedatur, aliquibus casibus exceptis. Quia generali concessione & communi Doctorum sententia debitores quicumque, & qui rei in iudicio nominantur, veniunt intelligendi. Ita Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 14.* Farinac. *de carceribus q. 28. num. 31.* Bonac. *ad prac. 2. decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 2.* Suar. *tom. 3. de Relig. l. 3. c. 11. num. 3.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quaest. 10.*

Cum his probabilis opinio. Licet enim prima sententia validum fateor esse fundamentum: non ideo à communi sententia recedam, nec ecclesiae immunitati derogabo. Quæ quidem omnibus delinquentibus, ac reus hanc concedat immunitatem generatim, aliquibus aliis casibus exceptis. Colligo à fortiori frui immunitate obligatum ad rationem ex causa alicuius administrationis. Nauarro *sum. c. 25. m. 63.* & Deciano *l. 6. c. 28. num. 26.* annotantibus.

DV B I V M XXVI.

An debitor suspectus de fuga, & ad Ecclesiam confugiens, possit inde fugam extrahi, & iudici tradi, ut creditor securus reddatur?

Extrahi potest. Quia suspecti de fuga possunt in die festo capi, & incarcerari, imò ab incompetenti Iudice ob tale periculum, teste Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 14.* ex Baldo, Bar. holo, Socino, Iafone, & alijs ergo potest in loco sacro. Argum. *Leg. vium, ff. si certum petatur.* Et quia debitor de fuga suspectus, est suspectus de gravi peccato. Si quidem fugit debiti solutionem, & creditorem sine causa fraudat. Sed iustum est, ut Ecclesia hoc peccatum impediatur, cum facile potest. Ergo tenetur iudici debitorem tradere. Sic plures relati à Conar. *citato*, & ab Anastas. Germon. *de sac. immunit. l. 3. c. 16. num. 99.*

Non potest extrahi. Quia delictum debitoris committendum non potest immunitatem loco sacro concessam impedire. Præcipue cum alia via fuga impediri possit absque eo, quod debitor ab ecclesia extrahatur: potest enim à Iudice custodia apponi. Ita Conar. & Anast. Germon. *citati.* Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4.* Suar. *l. 1. de Relig. l. 3. c. 11. n. 3.* Farinac. *append. de immunit. c. 3. n. 60.* Alex. Ambros. *de immunit. c. 13. n. 3.*

Hanc sententiam communiter à Doctoribus receptam eligo. Nam privilegium immunitatis

Secl. II de Immunit. Templor. 13

ris non excludit de fuga suspectum. Porro argumentum de tempore facti ad locum factum non est firmum: si quidem malefactor puniri in die facti potest, non autem in loco facti.

D V B I V M XXVII.

An debitoribus fallitis sit immunitas concessa?

¹¹¹ **D**ebitoribus his, qui dum questuariam negotiationem exercent laie victi, ant, & tandem decocti versura faciunt, & ad Ecclesiam confugientes creditores plures miserime fallunt, non est immunitas concessa. Quia si sunt Republice hostes, & quasi publici latrones, & eaque de causa capitali poena plebantur. Et sic statutum est a Catholicis regibus Fernando, & Elisabeth, & a supremo Caesaris praetorio confirmatum anno 1530. Sic plures, quos refert ac sequitur Conar. l. 2. var. cap. 20 num. 14. Decian. tr. crim. l. 6. c. 28. num. 34. Bodus. com. 2. ad Regias constit. Gal. l. 1. Et de mercator. a ult. gloss. ult. num. 7. & 8. Paz. pract. com. 1. p. 5. capit. 3. question. 3. numer. 156. Farinac. de carcerib. question. 28. numer. 33. Gutier. pract. 99. civil. l. 3. quest. 1. num. 4. & 13.

¹¹² **C**oncessa est his immunitas. Quia nec ratione debiti, nec ratione delicti hi immunitate priuantur. Non ratione debiti: alias enim omnes debitores essent ab immunitatis privilegio exclusi. Non ratione delicti, quia hi non sunt depopulatores agrorum, ac latrones publici qui solum sunt exclusi ab immunitate: & licet publicis latronibus equiparentur, non debet in priuatione immunitatis equiparari, quia potius non sunt ad similia delicta extendenda. Ita Nauar. sum. cap. 25. num. 19. Marian Ital. de immunit. l. 1. cavit. 5. Ambrosin tract. de immunit. capit. 13. numero quarto Farinac. append. de immunit. capit. 3. numer. 64. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. question. 7. §. 4. principio, Suar. t. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. n. 3.

¹¹³ **E**xistimo probabilius esse, concessam esse hisce debitoribus immunitatem: & stante constitutione Gregoriana ubi illa recepta est id omnino esse certum. Quia in illa constitutione reuocantur omnia privilegia, & indulta data Principibus extrahendi ab Ecclesia delinquentes, & nominatim fraudulentos decoctores.

D V B I V M XXVIII.

An diurnus agrorum depopulator exclusus sit ab immunitatis privilegio Gregorij constitutione?

¹¹⁴ **E**xcipitur ab immunitatis privilegio agrorum depopulator nocturnus. Cap. inter alia de immunit. Ecclesiast. Et ibi omnes Eleob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

Doctores. Questio autem est, an diurnus depopulator sit etiam exclusus ab Ecclesiae immunitate.

Exclusus non est. Quia verbum *Nocturni* positum in cap. inter alia tacite diurnum excludit: & cum sit materia poenalis non est extendenda. At dubitalis, an Gregoriana constitutione attentata, exclusus sit?

Exclusus quidem est. Quia ibi sine ullo limitatione dictum est, à privilegio immunitatis agrorum depopulatores esse exclusos. Ergo tam diurni, quam nocturni comprehenduntur. Sic Alexand. Ambrosin. de immunit. capit. 4. numer. 5. Farinac. append. de immunit. capit. 11. numer. 161. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. §. 7. §. 4. n. 6.

¹¹⁵ **N**on est exclusus. Quia constitutio Gregoriana ad firmandum ius commune, & reuocanda privilegia illi contraria fuit expedita. Ergo cum solum dixit, *depopulatores agrorum*, intelligenda est iuxta ius commune, quod solum nocturnum excludit. Ita Castro Palao tom. 2. de immunit. Templ. d. vni punct. 9. num. 5.

¹¹⁶ **E**go existimo hanc sententiam satis esse probabilem. Nam si Pontifex intendebat depopulatores tam diurnos, quam nocturnos comprehendere, id debebat exprimere; quia ius commune non debet censeri correctum, nisi clavis verbis innoteat. Verum etsi diurnus agrorum depopulator non videatur sub his verbis comprehendi: comprehenditur tamen sub exceptione publici latronis, si publice agros deuastauerit: secus si clandestine destruat.

D V B I V M XIX.

An viarum grassator excludatur ab immunitate, si in viis publicis, & frequentatis viatores spoliis vulneret, vel occidat: sed alibi hac exerceat?

¹¹⁷ **V**iarum grassatorem ab immunitate excludi certum est ex cap. inter alia. Qui Plura superius (ait textus) itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, et grassa in eo constitutio Gregorij XIV. ibi: *viarumque viarum, grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur*. Clare itaque denotat Pontifex verba cap. inter alia ad Grassatores viarum referre, Farinac. append. de immunit. capit. 2. numer. 162. Dicitur autem viarum grassator, qui cum impetu graditur, vt viatores spoliis, vulneret, vel interimat. Questio igitur est, an hoc patrari debeat in viis publicis, & itineribus frequentatis an sufficiat alibi hac committere, vt grassator ab ecclesiae immunitate excludatur.

¹¹⁸ **E**xcluditur, si per insidias aggreditur, etsi non sit in loco publico, vel frequentata via. Quia textus in cap. inter alia ab immunitate exempli gratia dicta fuisse illa verba, *Ita. fere. neta frequentata, & publicas stratas*. B *obsident.*

obstant Nam hi viarum grassatores frequentius ibidem aggredduntur. Sic Innocent. *Cap. inter alia col. 2. v. qui, de immunit. Eccl. Hostien. ibid. num. 4. Ioan. Andre. numer. 6. v. insinuat.*

120 *Non excluditur.* Non excluditur, nisi grassator in viis publicis, & itineribus frequentatis. Quia expressè textus de his loquitur. Et quia nomen *Via* publicum iter denotat. Ita Ambrosin. *de immunit. cap. 3. n. 5. Farinac. append. de immunit. cap. 12. n. 165. & alij.*

121 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Nam illa verba *Itinera*, frequentata. &c. non fuere appositae exempli gratia. Sed ad delicti declarationem.

DVBIVM XXX.

An quodlibet grave delictum in Ecclesia perpetratum priuet reum immunitatis privilegio.

122 *Certa suppono.* Certum est perpetrantem homicidium, vel mutilationem membrorum in Ecclesia, ab eius immunitate excludi. *Cap. fin. de immunit. Eccl. l. & Bulla Gregorij XIV. ibi Quod homicidia & mutilationes membrorum in ipsa Ecclesia earumque comensuris committere non videntur. Quia delinquens in Ecclesia indignus est eius immunitate frui, ut inibi dicitur. Et quia legis auxilium frustra invocat, qui legem contemnit. cap. quia supra, de usur. Profecto ex hac ratione decidendi insurgit difficultas, an quodlibet grave delictum in Ecclesia commissum priuet illum immunitate?*

123 *Priuat equidem.* Priuat equidem. Quia ratio illa decidendi æqua est in omnibus delictis; semper enim verum est, indignum esse delinquentem in Ecclesia, ut ab Ecclesia fonsatur. Adde, spe immunitatis ibi delinquere censetur indignus ergo est, ut ei concedatur. Sic Nauar. *sum. cap. 25. num. 20. Conar. l. 2. var. cap. 10. n. 15. Gutier. pract. qq. civil. l. 3. quæst. 1. numer. 17. Bobadil. polit. l. 2. cap. 4. num. 24. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. c. 1. n. 6.*

124 *Non priuat.* Non priuat. Quia hæc privatio immunitatis est poena. Sed poena extendenda non est ultra legis verba: ergo non est extendenda immunitatis privatio ad alia crimina quâcumque gravia in Ecclesia commissa, præter homicidium, & mutilationem, cum de solis illis textus loquatur. Ita Boerius *decis. 109. num. 3. Fr. n. c. append. de immunit. cap. 16. num. 208. Bonac. pract. 2. Decal. d. 3. quæstion. 7. §. 5. num. 12.*

125 *Hoc probabilius est.* Probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Cui quidem non obstat rationem illam decidendi æquæ in aliis casibus procedente. Hoc enim solum probat, iustissime in aliis idem constitui potuisse: non autem probare, de facto fuisse constitutum.

DVBIVM XXXI.

An simplex fur sit excommunicatus ne ab Ecclesia immunitate exclusus?

A B immunitate publicus latro excipitur, 126 autem dicitur latro, qui violententer aggredditur, & depredatur: publicus, qui palam furatur. Decian. *tr. crim. l. 6. cap. 28. num. 2. Requirunt tamen quod non semel, sed bis vel ter fuerit hoc delictum commissum. Quia latro non nomen frequentiam dicit. Farinac. append. de immunit. Vnde infertur, si upiticeum latronem, seu qui ut publicus diffamatus non est, immunitate ex iure gaudere. Dubitatur autem, num ex consuetudine sit ab immunitate exclusus.*

Exclusus est. Quia hæc consuetudo non est contra Ecclesie immunitatem: nam ex Ecclesia consensus est interdicta, ut si delinqueret, res arceantur. Sic Conar. *l. 2. var. cap. 20. n. 16. Iul. Clar. pract. l. 5. §. fin. quæst. 30. Farinac. de carcerib. quæst. 28. num. 51. Suar. t. 1. de Relig. l. 3. c. 1. n. 4.*

Non est exclusus. Quia si constitutioni Gregorianæ standum est, quæ ad unam tantum formam hanc immunitatem reducit, sublata qualibet alia, & sub clausula irritante: dicendum est hanc consuetudinem (si de facto fuisset introducta) sublata esse. Vnde huiusmodi fur, ab immunitatis privilegio non excluditur. Ita Farinac. *append. de immunit. cap. 6. num. 94. Marian. Ital. de immunit. l. 1. §. 1. num. 1. Tuschus v. Ecclesia. conel. 10. num. 23. Bon. c. pract. 2. Decal. d. 3. §. 4. num. 5.*

Sententiam hanc longè probabiliorem esse non dubito. Nam per constitutionem *Hoc longè* illam consuetudo illa (si viguit) sublata est: & post constitutionem rursus in præsentem introduci non potuit; quia nondum transiit tempus legitimæ ad illius introductionem. Igitur ex consuetudine non sunt simplices fures ab immunitate exclusi.

DVBIVM XXXII.

An qui ad Ecclesiam armatus commisit, priuatus sit eius immunitate?

PRIUATUS immunitate est. Quia leg. si fur, 130 *us. C. de tis. qui ad Ecclesiam confugit.* Id hæc priuatus obscure indicit. Ecce enim loquitur in sermo, qui immunitatem intelligenda venit de homine libero, ut anno- tavit Petr. à Pl. *2. epist. delictor. l. 1. c. 8. n. 18.* In utroque enim eadem est ratio: nam delatio armorum tam clericis, quam laicis est prohibita. Ergo illa ad Ecclesiam deferens, Ecclesiam offendit. Ergo indignus est eius immunitate. Sic Couar. *l. 2. var. c. 20. n. 18. Decian. de immunit. l. 6. c. 26. n. 10. & l. 8. c. 3. n. 30. & 51.*

Naa

Sect. II. De Immun. Templor. 15

131
Non est
privatus
immunita-
tate.

Non est immunitate priuatus. Quia licet Ecclesiam offenderit, non ob quamlibet offensionem in Ecclesia factam quis immunitate priuatur. Sed solum propter occisionem vel mutilationem. Adde, non quamlibet armorum delationem esse graue crimen hac priuatione dignum: sed illam tantum, cui capitalis poena esset annexa. Ita Farinac. *append. de immuni. cap. 16. num. 247.* Alex. Ambrosio. *de immuni. cap. 5. num. 5.* Palao *tom. 2. de immuni. Templ. d. vni. punct. 9. n. 10.*

132
Cum his
prior.

Existimo, ob solam delationem armorum, cui capitalis poena esset annexa (vbi bene Farinac. *in de carcerib. quest. 28. nu. 66.*) priuandam fore eum, qui armatus ad Ecclesiam confugit, casu, quo capitalis poena indicta esset. At ob nullam priuatur, maxime stante constitutione Gregoriana, quae solum excipit ab immunitate homicidas & mutilatores in Ecclesia: vnde tacite aliis delinquentibus indultum concedit.

D V B I V M XXXIII.

An homicida, vel mutilator debeat in Ecclesia delinquere sub spe immunitatis, vt immunitate priuari censetur?

133
Debet sub
spe immu-
nitatis de-
linquere.

Debeat quidem. Quia textus in *cap. in-der alia* hos tantum sub spe immunitatis delinquentes voluit punire, vt constat ex principio textus. Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesia obtinere sperantes, &c. Et inferius. *Qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugerint, crederent se defendi, nullatenus fuissent commisso.* Sed poene non sunt ad alios extendenda. Ergo priuatio haec immunitatis extendenda non est ad eos, qui abique spe immunitatis occidunt, vel mutilant in Ecclesia. Sic Gutier. *practir. qq. ciuili. l. 3. quest. 1. a. num. 3.* Farinac. *append. de Immuni. cap. 16. numer. 238.* Agniedo *l. 1. tit. 2. leg. 3. num. 24.* Marian. *Ital. de Immuni. l. 1. cap. 5. §. 3. num. 1.* Tulchus *practir. concl. v. Ecclesia concl. 11. num. 13 & 14.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. §. 9.*

134
Non debet,
sed quomo-
doque
occidat, ve
mutilet,
priuatur
indulto.

Non debet, sed quomodoque in Ecclesia occidat, vel mutilet, sine spe immunitatis, sine abique illa, immunitate priuatur. Quia esto Pontifex voluerit illorum audaciam coercere, qui ante illam constitutionem sub spe immunitatis in Ecclesia occidebant, vel mutilabant, non inde inferitur priuationem immunitatis illos solum comprehendere: siquidem generaliter prononciat homicidas, & mutilatores immunitate priuari. Potuit ergo ex particulari causa ad vniuersalem prohibitionem gerendam moneri. Quod vero ita factum sit, inde constat. Quia postquam Pontifex retulerat, aliquos sub spe immunitatis in Ecclesia delinquere, subdit: *cum autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem mandamus, quatenus publice nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciem se indignos. en quomodo decisio ablo-* Escob. & Mend. *Theol. Mor. Tom. VII.*

luta est, & fundata praecipue in ratione quadam communi ac generali, vt quis puniatur in eo, in quo deliquit. Ita Conar. *l. 2. var. c. 20. numer. 15.* Anstall Germon. *de sacror. immuni. l. 3. cap. 16. num. 79.* Bonac. *prae. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. num. 7.* Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 6.* Farinac. *de carcerib. q. 28. n. 54.* Nauar. *sum. cap. 2 §. n. 20.* Clarus *pract. §. fin. quest. 30.*

Hanc sententiam probabiliorē esse crediderim. Nam si solum delinquentes sub spe immunitatis, ea priuantur: redditur dispositio *rem hanc* inuitis, & impossibilis. Nam posita hac dispositione nullus sub spe immunitatis peccare esse putaret; quia impossibile est, talem spem habere, cum videat eo ipso carere immunitate. Et in exteio foro quisnam poterit comperire, an delinquens quisque sub spe immunitatis occiderit, vel mutilarit?

135

D V B I V M XXXIV.

An si quis in Ecclesia existens alium extra commemorantem sagittam, vel scapulo occidat: priuatur immunitate?

Non priuatur. Quia verē in ecclesia non occidit, sed solum inchoat occisionem necis. At poena imponitur solum ob actum perfectum & non ob inchoatum. Alias priuandas quis immunitate esset, si sub orta in Templo rixa gladium euaginare, & aduersarium insecutum extra interimeret, quod non est dicendum. Sic Bonac. *prae. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. num. 8.* Ragund. *p. 2. de praec. Eccl. l. 4. c. 4. n. 17.*

136
Non priua-
tur.

Priuatur equidem. Quia verē ac proprie dicitur in Templo occidere, cum in ea causam necessariam occisionis apponit. Si enim in ecclesia aliquem vulnerares, & vulneratus, extra ecclesiam occumberet, homicidium in ecclesia commississe diceris, vt ipsemet Bonac. fatetur. Et hoc nulla alia ratione, nisi quia in ecclesia causam necessariam mortis appoluit. Sed cum ex ecclesia sagittam immittis, qua existentem extra ecclesiam interimis est in ecclesia apposita necessaria necis causa: ergo censeris homicidium in Templo perpetrare. Ita Bobadil. *l. 2. polit. cap. 14. num. 26.* Farinac. *de carcerib. quest. 28. numer. 61.* Villagutier. *de exten. leg. cap. fin. num. 61.* Marian. *Ital. l. 1. c. 5. §. 3.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14.* Suar. *l. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 6.* Nauar. *sum. capit. 2 §. num. 21.*

137
Priuatur
plane.

Communem hanc aeneo sententiam, asserens eum qui ex Templo sagittam emittit & vulnerat exitialem extra morantem vere in Templo occidisse: secus autem esse, si euaginato in Templo gladio aduersarium insecutus extra ecclesiam percuteret, & occideret. Quia non est in Templo apposita causa neccis necessaria.

137
Communi-
nem hanc
eligo sen-
tentiam.

B 2

DVBIVM

D V B I V M XXXV.

An qui existens extra Templum, in eo morantem occidat: immunitate priuetur?

139
Non est
priuandus.

Priuandus non est. Quia ibi dicitur propter delictum homicidij esse commulatum, ubi apposta est causa necessaria mortis: sed hoc factum est extra Ecclesiam: ego extra Ecclesiam dicendus est ille occidisse. Ergo non priuatur immunitate. Sic Villagatier. *de extensilegum cap. fin. a n. 50.*

140
Priuandus
est.

Est omnino priuandus. Quia in delictis potius executio, & perfectio illorum attenditur, quam initium: ergo si ex initio dabo in Ecclesia probatum est *Problem. 34.* te verè esse in Ecclesia homicidam: a fortiori idem est dicendum ex fine, ac perfectione delicti. Ita Nauar. *sum. cap. 25. numer. 7. 1.* Contr. *l. 2. var. cap. 20. numer. 15. suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. numer. 7. & 8. Farinac. de homicid. q. 28. n. 61. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. n. 4. 7.*

141
Hoc tenen-
dum reor.

Hoc tenendum reor. Nam homicidium formaliter consistit in priuatione vitae: sed hominem existentem in Templo vita priuat qui extra Templum scopulam v. g. emittit: ergo verè ac propter in Templo homicidium perpetravit. Secus dixerim, si existentem extra Ecclesiam quis vulneraret, vulneratque ad Ecclesiam pergeret inibi mortuus. Quia tunc causa non est mortis in Ecclesia, licet causa extiterit illius mortis.

D V B I V M XXXVI.

An si quis mandet, aliquem in Ecclesia interimere, priuatus sit immunitate?

142
Priuatus
est immu-
nitate.

Priuatus quidem est. Quia verè homicidij crimen committit, ac Sacrilegij. Secus esset, si existens in Ecclesia mandaret, al quem extra Ecclesiam interimere. Nam ex Bulla Gregorij hic casus non excipitur. Sic Nauar. *sum. cap. 25. numer. 2. 1. Gutier. l. 3. q. 9. ciuil. quest. 2. tom. 1. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. numer. 7. & 26. Azor. p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14. Marian. Ital. l. 1. cap. 5. §. 3. numer. 4. 8. Farinac. append. de immuni. cap. 16. numer. 22. 9. & 220. Decian. de immuni. l. 6. cap. 28. numer. 30.*

143
Non est
immunitate
priuatus.

Non est immunitate priuatus. Quia nollus immunitate priuandus est nisi in casibus a iure expressis, ubi habetur in *Consiliis. Gregor. & ex iure ipso constat non enim poenae sunt extendendae, praecipue quae libertati humane & Ecclesiae immunitati obstat. At non est in iure expressum priuatum esse immunitate manentem occidere, sed occidentem, vel manentem: sub occidente autem, aut manente manentem non intelligitur nisi in lata significatione, quae in poenalibus facien-*

da non est. Ita Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. numero nono* Castro Palao, *tom. 2. d. vni. de Templ. immuni. pun. 9. numer. 17.*

Hanc sententiam duorum solummodo Doctorum autoritate firmatam iudico esse probabilior. Nam licet ille, qui mandauit aliquem occidi committit quoddam Deum homicidij piaculum: non tamen de facto ac realiter occidit, at hae poenae physice occidenti imposita est, non moraliter occidenti. Scio Regulam illam 71. de Regiis, *Quod facto per alium, per se ipsum facere censetur.* At hoc intelligendum est, non proprie, sed improprie ac iuris interpretatione, quae in poenis non habet locum, nisi ab ipso iure facta sit extensio.

D V B I V M XXXVII.

An qui vi, aut dolo aliquem ex Ecclesia abstrahit, & extra occidit, priuatur immunitate?

Immunitate priuatur. Quia in Ecclesia dedit causam occisionis, dum illum vi aut dolo fecit ab Ecclesia recedere. Sic Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14. Farinac. a pend. de immuni. c. 16. n. 32.*

Non priuatur immunitate. Quia non dedit in Ecclesia causam nec necessariam, Non enim libere postmodum occidit. Palao, *l. 2. d. vni. de Templ. immuni. pun. 9. n. 18.*

Existimo sententiam hanc esse verioris. Etenim in Templo gessit propositum occidendi, & ea intentione auctussum ex eo missus dolo, aut vi extraxit, sed nec intendit in Templo occidere, nec actu intermit in Templo & postquam illum extraxit, non intulit extractio illa necessitatem interimendi illum cum potuit propositum renouare.

D V B I V M XXXVIII.

An qui mutilat aut occidit prope Ecclesiam inimicum, & mox se ad illam recipit, priuatur immunitate?

Priuatur equidem. Quia sub spe immunitatis praesumitur perpetrare delictum. Ergo indignus sit indulto potius, cap. quando, de con. eccl. dist. 4. cap. illud de Cler. excom. ministr. Alias Ecclesia fiet spelunca latronum, eiusque immunitas occasionem perditis hominibus lberius viuendi exhibebit contra textum in cap. est iniusta 24. quest. 4. Sic Nauar. *sum. cap. 25. numer. 22.* Farinac. *append. de immuni. cap. 16. numer. 210.* plures referens. Gigas de crim. l. 1. §. 1. m. 1. Robt. qualiter, & a quibus q. 10. n. 7. & 9. Contr. *l. 2. var. c. 20. n. 15.* Aliis placet, hoc esse intelligendum in homicidio vel mutilatione facta ex proposito prope Ecclesiam, secus si ex subitanea rixa, & casu factum fuerit. Quia in primo praesumitur delictum paratum sub spe immunitatis, secus in secundo. Sic Decian.

Decian. *pract. crim. l. 6. cap. 2. §. 8. num. 5. Gutier. pract. qq. l. 3. q. 1. num. 15. Tuiichus v. Ecclesie, concl. 1. n. 4.*

149. Non priuatur immunitate, quomodocumque extra Ecclesiam, cui que Cameterium deliquerit. Quia solum ab immunitate exceptum est homicidium, & mutatio in Ecclesia, *cap. ult. de immuni. & consuetud. Gregor.* In his autem exceptionibus utpote odiosis & libertati humanae immunitateque Ecclesie derogantibus, non est extensio facienda. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 9. Palao tom. 2. d. vni de Templ. immuni. punct. 9. num. 21. Bonac. *prec. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 13.**

150. Probabilis hoc mihi nam fateor, indignum esse immunitate sic delinquentem, si eius delictum ac personam spectemus. At immunitas non ipsi propter ipsum, sed ipsi propter locum Sacrum conceditur, qui est omni privilegio dignissimus: nec inde fit reditum ad aliam laioniam, quia ibi non occidunt: & quia post paritatem extra Templum delictam, in illo recepti poterunt delinquentes ab Ecclesiastico iudice corrigi.

D V B I V M XXXIX.

An ex Homicidio, vel mutilatione facta in Templo, priuatur delinquens immunitate quoad alia delicta ante, vel post commissam?

151. Priuatur profecto, si pro delicto commissum in Ecclesia puniens non est, sed si iam fuit supplicio affectus. Quia dum non est priuatus, non est Ecclesie satisfactus: unde illam a se Ecclesia expellit. Sic Farinac. *de carcib. q. 2. §. 8. num. 60. Tuiichus v. Ecclesia num. 11. Decian. *pr. crim. l. 6. c. 2. §. 8. num. 9. Boetius *de cas. l. 10. n. 10. Et alij a Farinac. citati.***

152. Minus priuatur. Quia nulli constat hanc satisfactionem prius Ecclesie faciendam esse: at poenae non sunt attendendae. Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 15. Gutier. *pract. qq. crim. l. 3. q. 1. n. 18. Et alij a Conar. relati.**

153. Ego his adhaerens existimo, delictum in Ecclesia factum priuare immunitate illi alias debita: non vero priuare immunitate debita aliis delictis.

D V B I V M XL.

An qui inimicum suum dormientem, vel alio modo incautum per insidias occidit, excludatur ab immunitate?

154. Certum est, excludi ab immunitate, qui proditorie proximum suum occiderit, c. 1. de homicid. ibi si quis per industriam occiderit proximum suum, & insidias ab Altari cum auelle, ut variatur. Ille dicitur proximum suum proditorie occidere, qui occidit incautum, nil tale praecautem, leg. Propter insidias, c. qui accusare non possunt, Elcob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

leg. 4. ff. ad leg. lul. maies. Cap. Clericus dist. 46. Et alibi. Queritur autem, an si inimicum dormientem, vel alio modo incautum per insidias occidit, exclusus sit ab immunitate.

Exclusus quidem est. Quia in capit. 1. de homicid. Ille dicitur proditorie occidere, qui per industriam, & insidias occidit: sed est, non obstante inimicitia ille per industriam & insidias occidit: Ergo proditorie. Igitur ab Altari est auellendus. Sic Couar. *l. 2. var. cap. 20. num. 7. Plures citans Plaza epist. delict. l. 1. cap. 21. num. 2. Villagutier. de exten. leg. c. fin. num. 53. Azucero l. 1. tit. 2. num. 11. in constitut. Hispania. Bobadil. polit. l. 2. cap. 14. num. 34. & 31 Et alij relati a Farinac. citando.*

Non est exclusus, licet per insidias occidat inimicem durante. Quia non quacumque insidia immunitate priuant, sed insidiae, quae proditorie constituunt. Si quidem Gregorius in sua constitutione solum dixit excludendos esse ab immunitate, qui proditorie occidunt. At stante inimicitia, insidiae non constituunt prodicionem. Ita Farinac. *consil. 76. num. 7. & 15. & append. de immuni. cap. 9. num. 143. Ambrosio de immuni. cap. 6. a num. 3. Anton. Gom. var. resolut. §. de homicidio, cap. 3. num. 5. Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. n. 12. Gutier. *pract. qq. crim. l. 1. q. 2. & 3. n. 18.***

Hoc verius puto. Nam qui inimicitias cum alio gerit, semper habet fundamentum se praecautum: unde sibi imputare debet, si incaute occidatur. At si per insidias (vbi est certum durante inimicitia) non interemit, vnde nam ab immunitate erit priuandus? Et quidem, si Farinacio citato credendum, haec doctrina admissa fuit a Clemente VIII. in vna Praenormitana, immunitatis Ecclesie, ob quam rationem Farinacius a priori sententia quam defenderat quiescit. 18. num. 76. recessit.

D V B I V M XLI.

An qui proximum suum per industriam occidit, sed non usus fuit, ad id praestandum, insidias: fruatur immunitate?

Non fruatur. Quia in capit. 1. de homicid. dicitur euellendum esse ab Altari, & immunitate priuandum, qui per industriam occiderit, & per insidias. Sed an his verbis clare colligitur, occidentem per industriam, etiam non occidat per insidias, immunitate priuari: tum quia copulativa in qualibet illius parte vera esse debet: tum quia alias superflue apponeretur verbum illud, Per industriam, si quidem sufficebat dicere, Per insidias eo quod occidens per insidias, per industriam occidit. Sic plures Doctores, quos refert. Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 7. Iul. Clar. *pract. qq. quest. 30. Decian. l. 6. c. 2. §. 8. num. 15.**

B 3 Farinac.

Farinac. de carceribus q. 28. n. 23.

159
Fruu
plac.

Eximur equidem quantumcumque adhibita industria proximi occidat, nisi adsint insidiae quae constituunt prodicionem. Quia stante Gregorij constitutione id omnino patet: nam solum ibi excipitur homicidium: qui autem ex industria, & animo deliberato occidit, si non occidat per insidias, proditor non est. Ita Couar. citatus Anton. Gomez de delictis. 10. num. 2. Farinac. conf. 76. n. 17. plures referens, Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 13.

160
Auhoris
resolutio.

Fateor hanc sententiam probabiliorē planē esse spectata constitutione Gregorij. At si in commune spectemus, rem d'filiorem esse. Attamen placet cum his Doctoribus sentire, id immerito fieri. Quia in pœnis non est extensio faciēda, nec minuentia Ecclesiastica immunitas. Et quia Gregorij constitutio, quae calus controuersos decidere intendebat, apposuit verbum *Proditoris*, ut sic inueneret, in illis verbis *Per industriam*, & *Per insidias* idem esse significatum. Vnus enim terminus alterius est declaratio. Neque ibi est propositio copulatiua. Sed simplex, reddere enim hunc sententiam: *Qui per industriam insidiosam occiderit proximum, ab Altari excludatur.*

DVBIVM XLII.

An qui per industriam insidiosam proximum vulnerat animo occidendi, tametsi mors non sequatur: priuatur Templi immunitate?

161
Priuatus
est.

Priuatus planē est. Quia licet textus in Cap. de homicid. dixerit, si quis per industriam & per insidias occiderit proximum suum, ab altari auellens eum. At huiusmodi textus relationem facit ad locum Exodi. 21. vbi in principio dicitur: Qui percussit hominem volens occidere, mors moritur. Et subdit mox quasi hoc distinguens: Qui autem non est insidiosus, sed Deus illum tradidit in manus eius habebit locum, ad quem fugere possit: si autem per industriam & ab Altari est euellendus. Quasi dicat. Si quis in percussione hominis insidiis usus non fuerit, locum habet refugij. At qui percussit insidiosus volens occidere, vel occiderit, ab Altari est euellendus. Sic Navar. sum. c. 25. num. 22. Couar. l. 2. var. c. 20. p'st. m. m. 7. B. c. r. dec. 109. Petrus à Placha epist. delict. c. 21. Farinac. de carcer. q. 28. num. 45. Gutier. pract. q. 9. c. 1. l. 3. q. 7. num. 55. Azunedo l. 1. tit. 2. leg. 3. num. 9. asserens esse opinionem communiter receptam. Bobadil. l. 2. polit. cap. 14. num. 34.

162
Non est
priuatus.

Non est priuatus immunitate. Quia lex illa caeremonialis Exodi vim non habet nisi quatenus ab Ecclesia recepta sit. At in Cap. de homicid. solum statuitur excludendum esse ab Altari hoc est, immunitate priuandum, qui per industriam insidiosam proximum suum occiderit. Eigo non est dicendum vulnerantem insidiosus hac immunitate priuari,

cum iuxta nullo Canonici iuris textu id constet. Ita pecan. in crimin. lib. 6. c. 18. num. 17. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 14. Marian. Ital. de immunit. c. 9. n. 145. & 146. Villaguer. de exten. leg. cap. fin. num. 54. Bonac. pract. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 16.

Hanc teneo sententiam. Quia ob eam causam existimo, noluisse ius Canonicum totam Exodi legem in textu interere, sed solum vltimam eius partem. Addiderim, constitutionis Gregorij vigore hoc esse manifestum, cum solum ibi excipitur, qui proximum proditorie interfecerit.

DVBIVM XLIII.

An proditorie infidelem interficiens, priuatur immunitate?

Non priuatur. Quia infidelis non est proprie noster proximus, cum nobiscum non communicet in fide, in sacramentis, in Ecclesia, &c. sed priuatio immunitatis imposita est, solum proximo proditorie occidenti: Ego non est imposita fidelem necanti. Sic A. biolin. de immunit. c. 7. n. m. 12. Bonac. pract. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 16.

Prima ut omnino. Quia infidelis sub nomine nostri proximi propriissime comprehenditur: alias præceptum illud diligendi proximum sicut nos ipsos non extenditur ad infideles, neque ex charitate eos diligere teneretur: quod est absurdum. Ita Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. num. 20. & 21. Farinac. de immunit. c. 8. n. 120. & alij.

Hoc longē verius esse crediderim. Proprie namque infidelis noster proximus est. Ad hoc loquor quod non obest, nobiscum non communicare in fide, in sacramentis, &c. Alias hæreticus, & peccator posset à proximitate excudi: quia nobis cum in fide, & charitate non continentur, ergo non requiritur huiusmodi communicatio ad rationem proximi constituendam: sed ex eo solum, quod eandem nobiscum naturam participant, proximi nostri sunt esse. Et.

DVBIVM XLIV.

An Reus Assassinij spectato iure communi exclusus sit ab Ecclesie Immunitate?

Assalinus dupliciter accipitur. Primum accipitur pro quibusdam infidelibus, qui ex mandato sui Principis infideles homines occidebant. Per translationem autem communiter accipitur pro iis, qui pecunia alioque prelo conducti aliquem incantum interimunt. Certum itaque est, reum assassinij ab immunitate esse exclusum ex causis Gregorij. Quæserim autem, num spectato iure communi, sit exclusus?

Non est. Quia textus in Cap. Pro homicid. de

Non est exclusus. de homicid. in 6. qui de hoc crimine loquitur, committit id solum imposit excommunicationem ipso facto, depositionem, & diffidationem: non tamen priuationem immunitatis. Ergo nisi assassinus proximum proditorie occidat, immunitate non priuatur: & tunc non ob assassinium, sed ob occasionem proditoriam ex Cap. 1. de homicid. Adde caput Pro humani, locutum esse de iis, qui per quosdam infideles patrio nomine Assassinos vocitatos Chrestianos interficiebant, vt optimè alijs relatis probat Conar. l. 3. v. c. 20. numero 10. Ergo qui non per huiusmodi infideles, sed per fideles fidelem interimit assassinij penas in illo Cap. contentas non incurrit: Ego, iure communi spectato priuandus non est immunitate. Sic nonnulli minime immeriti Doctores. Quorum sententia Castro Palao subscritbit. tom. 1. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. n. 32.

Exclusus. Est quidem priuatus. Quia ante, & post Gregorij constitutionem delictum assassinij à Iudicibus ex consuetudine recepta vt indignum, cui Ecclesiæ faueat immunitas reputatum est. Ergo consuetudo hæc quæ iuris communis vices exerceat, sufficit, vt possit affirmari assassinum spectato iure exclusum esse ab immunitate. Ita Farinac. de carceribus q. 18. num. 16. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 13 Bonac præc. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 18. Gutier. præf. qq. ciuil. l. 3. q. 7. n. 50.

Aniuris iuramentis. Ego quidem cum meo Castro Palao, spectato iuris rigore, cenleo probabilius (si constitutio Greg. leclatur) priuatum non esse immunitate. At si consuetudo recepta, & à Doctoribus approbata spectetur, etiam si Gregorius assassinum ab immunitate non excluderet, exclusum esse quasi ex communi iure affirmandum existimo.

D V B I V M XLV.

An qui sicario promittit, se ei daturum aliquam in vxorem, vt alium occidat: illeque occidit, perpetret crimen assassinij, cui est immunitas denegata?

Non perperat. Non perperat. Quia executio illius promissionis non est in promittentis voluntate: Ergo reputatur, ac si nihil promississet. Ergo assassinus non est, cum pretio ad facinus non conduceretur. Sic Bosli. tit. de mandat. ad homicid. num. 35. Farinac. de carcerib. q. 1. 2. 3. n. 44.

Perperat plane. Perperat quidem assassinij piaculum. Quia talis promissio est pretio æstimabilis, siquidem ex illa promittens manet obligatus quoad fieri possit procurare, vt facina in vxorem promissa vellet matrimonium inire: & ex alio capite facinus motus illa promissione crimen patrauit. Ita Decian. tr. crim. l. 9. c. 3. num. 16. Palao to. 2. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. n. 34.

Probabilis hoc mihi. Sententiam probabiliorē esse reor. Quia non requiritur, vt de facto facinus pretium accipiat, vt patrans homicidium assassinus dicatur, sed sufficit, promissionem in futurum

executioni tradendam fieri. At negari non potest præfatam coningij promissionem pretio esse æstimabilem adeo, vt vere ad homicidium patrandum conductum illum esse dicatur.

D V B I V M XLVI.

An Res, seu pecunia promissa ei, qui patraturus sit crimen debet necessario, in magna quantitate, vt assassinus ille sit, immunitateque ideo priuetur?

Debet esse in magna quantitate. Debet esse in quantitate magna, quæ animam mouere possit ad tale crimen patrandum: vnde assassinij crimen non committer, qui ob vile pretium perpetravit homicidium. Nam id causa esse non potest tanti criminis, cum ex se apta non sit animam excitandi: nec dici potest pretium tam diæ aggressionis. Sic Farinac. q. 12. 3. num. 43. Vulpellus conf. 143. numer. 9. Alex. Ambrosin. de immunit. c. 7. n. 9.

Esse non debet necessarium. Non debet necessarium esse quantitas magna, vt quis assassinium committere dicatur. Quia paruitas pretij non minuit delictum illius, qui ex eo ad graue facinus exequendum mouetur, sed potius illud aggravat. Ita Castro Palao to. 2. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. num. 34.

Huic habere Doctori. Amicissimo Doctori hærens idem affirmo. Nam qui ex contractu illius paræ rei occidit, grauius plane delinquit. Vnde speciali iure debet vt assassinus Templi immunitate priuetur.

D V B I V M XLVII.

An occidens pretio conductus infidelem committat, assassinij piaculum, cui est immunitas denegata?

Committit quidem. Committit quidem. Quia esse fidelem, vel infidelem per accidens videtur ad assassinij crimen. Præcipue cum infidelis (vti vidimus supra) sit verè proximus. Sic plures quos refert, & sequitur Decian. tract. crim. l. 6. cap. 28. num. 18. Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. num. 20. & 21. Farinac. append. de immunit. c. 8. n. 120.

Non committit. Non committit, spectato iuris rigore. Quia textus in Cap. 1. de homicid. in 6. expresse dicit, Quæpiam Christianum. Ergo tacite infidelem excludit. Præterea illa constitutio expedita fuit aduersus Christianæ Religionis hostes &c. vt constat ex eius proœmio, quod occidentibus infideles hand potest conuenire. Ita Mascard. de probationibus l. 1. conclus. 137. num. 13. Farinac. quæst. 123. num. 33. plures referens Ambrosin. de immunit. cap. 7. num. 12. Gutier. præf. qq. ciuil. l. 3. q. 7. num. 8. Conar. l. 1. v. ar. cap. 20. num. 10. Inl. Clar. præf. §. Assassinum, vers. bene verum est.

179 *Veriorem
hanc sen-
tentiam
credo.* Hæc ubi verò videtur esse sententia. Nam
licet tantis verè sit proximus, non pro-
cuatque proximi occisione hæc assilij pœ-
na in ea re non est occisione proximi. Chri-
stiana. Sed ubi verò sit in hoc assilione proditor è
factum. Quia in casu de homi. d. non fuit limi-
tatio in decreta nisi ad proximum Christianum;
sicut in hoc crimine assilij. limitatum est.

DVBIVM XLVIII.

*An si quis accepit pecuniam ad oc-
cidendum, sed postmodum non oc-
cidit, sed tamen vulneravit, sit assil-
sinus, cui Templi negatur immu-
nitas?*

180 *Assilinus
est im-
munitate
privatus.* **A**ssilinus est, & immunitate non
privatus. Quia verè crimen assilij
committit, ad eum militiam solam
videtur requiri, ut accipiat pecuniam ad oc-
cidendum, & per ipsum non fuit, quoniam
occidit. Sic Iam. Guier. *pract. l. 3. q. 97. m.*
59. & alij.

181 *Non est as-
silinus.* Non est propriè assilinus, ideoque ei
immunitas non est abneganda. Quia im-
munitate non privatur nisi propriè commit-
tentibus assilij crimine, sed qui accepta pe-
cunia alium vulneravit, non tamen inter-
emit, non paravit verè assilij pœciculum.
Nam textus in *Cap. 1. de homicid. in 6.* ubi
hoc crimen declaratur, solam de mandan-
te dixit, parientiam esse usdem pœnis,
sive mors sequatur, sive non; nihil au-
tem tale de mandatorio dicitur. Ego man-
datarius, qui mortem non inquit, relin-
quitur in hac parte oris communis disposi-
tioni, quæ quidem est, neminem ob vul-
nerationem tantum immunitati privari. Ita
Fetnac. *de homicid. quæst. 1. 23. num. 77.* &
de immunit. c. 8. num. 123. Malcard. *de probat.*
conclus. 138. num. 2. & 3. Heron. Zennall. *com-*
muni. contra communi. q. 540. num. 5. & alij
plures apud Fetnac.

182 *Cum his
probabi-
lius opinor* Cum his probabilius opinor, addicens,
etiam ab assilij crimine ac pœna libera-
ri, quia accepit pecuniam ad vulnerandum
& non ad occidendum. Quia textus in
Cap. 1. de homicid. d. interficientibus Chri-
stianis loquitur, non de vulnerantibus. Et
quia assilinus videtur dictus ab eo qui ex
officio, vel contractum corpore animam ab-
solvit, ut defendit Decian. tract. cri-
min. lib. 9. cap. 30. num. 41.
Fetnac. *de immunit.*

c. 8. n. 134.

DVBIVM XLIX.

*An Reus laesa maiestatis in personam
ipsiusmet Principis excludatur
ab immunitate?*

Excluditur planè. Quia in consil. Gre-
goriana expressè id imperatur. Sic Do-
ctores communiter. *Excludi-
tur planè.*
Non excluditur. Quare reiiciendi sunt om-
nes, qui contrarium sentire vult. Boni-
f. *de captiv. nam. 3. Guier. pract. q. 97. m.*
l. 4. quæst. 4. num. 3. incho. num. 9. Vlagut. d.
extens. leg. cap. fin. m. 5.

Et tunc ita Gregorij constitutione, res
est absque controuersia, cum dicitur ver-
bis reus laesa maiestatis in personam Principis
omniò excludatur. Et ius commune ita de-
clarat, ita pridem ipsa praxis & communis
DD. sensus intellexerat. Porò nomine *prin-*
cipis intelligitur, qui supremam habet in-
iudictionem, neminque esse subiectus, qua-
lis est Pontifex, Imperator, Gallie, &
Hispanie Reges.

DVBIVM L.

*An ratione consuetudinis alij, præter
exceptos in iure, casu excipien-
tur, ab hac immunitate?*

Excipiuntur quidem, quia consuetudo le-
gem præscripta vim habet Ecclesia-
sticam legem derogandi. Et quia Bulla
Gregorij non videtur consuetudines tollere,
sed solum privilegia Principibus concessa, &
casu quo consuetudines tolleret, adhuc pos-
sent de novo introduci, præcipue videtur, ac
tacite in his Prælati. Et ita introducta est con-
suetudo extrahendi plures delinquentes à lo-
cis sacris per seculares indices. Sic Clarus in
pract. s. fin. q. 30. Petr. Greg. *syn. gn. iur. l. 33.*
c. 22. num. 5. & alij relati a Fetnac. *de carceri-*
bus q. 18. n. 73.

Quoniam alij omnes consuetudines im-
munitatis Ecclesiarum derogantes sublatae fuisse Reiter
velint à Concilio Trident. *sess. 23. c. 20.* quare aliam
nos ibi reuocatur observantia immunitatis sensu
secundum Canones, & summorum Pontifi-
cum constitutiones. Bulla quoque Gregorij
omnes consuetudines prius iussit, &
per æquipollentiam verba reuocavit, quia adeo
ibi decretum irritans, contra quod allegari
non potest contrarius usus. Ita Ambrosin. *de*
immunit. cap. 14. Marian. Ital. *de immunit. l. 1.*
c. 6. principio Bonac. pract. Decal. d. 3. quæst. 7.
§. 6. num. 4.

Pœnam tamen sententiam probabilior è lon-
gè esse crediderim, propter communem illam
DD. Principum constitutionem, & legi etiam
Ecclesiasticæ derogare, quæ ubi illa conue-
tudo inducta fuerit, seruanda erit, quan-
tus in ea inducenda operosum esset.

DVBIVM

DVBIVM LI.

An ex identitate rationis excipiantur
alij casus ab Immunitate?

189. **N**egari non potest, plures esse casus
gravioris & atrociores iis, qui ab In-
nocentio III. & Gregor. IX. ac XIV.
excipiuntur, quales sunt Raptus, Adulterium,
Sodomia, Incendium, Furtum, Sacrilegium,
ac similia. Quæstio igitur est an ex iden-
titate, vel ex maioriore rationis, alij casus
excipiantur ab immunitate?

190. **E**xciipiuntur quidem. Quia si non excipe-
reatur, daretur occasio perditis hominibus
liberius vivendi, gravissimaque crimina
perpetrandi fremitu seculi ab Ecclesia
immunitate concessa. Ego ne immuni-
tas Ecclesie, quæ in Dei honorem fuit in-
troducenda, cedat in eius iniuriam immu-
nitas in hisce casibus non prodest. Sic Decian.
tr. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 20. aliterens, ex
identitate rationis constitutionem etiam pec-
nalem extendi posse ad alios similes casus:
quid ad graviores? Quod maiorem vim
habet quod in legis dispositione ratio est
scripta. Nam tunc non dicitur lex pœnalis
extendi, sed comprehendendi. Neque illa ex-
tensio, sed declaratio legis. Bald. ad leg.
Quamvis. C. de fideicommissis. Oldrand. conf.
185. Calderin. conf. 1. tit. vii. l. i. pen-
dente.

191. **M**inimè excipiuntur. Quia faciendum non est
extensio ex identitate aut maioriore rationis
quod casus favorabilis qualis est Ecclesiasti-
ca immunitas, præiudicat. Præcipue cum
pœna locum non habeant, nisi in casibus
expressis. Ita Suarez tom. 1. de Relig. l. 3. c. 11.
num. 15. & 17. Franc. Leo in thesaur. fori
Eccles. c. 3. Robric. de immunit. Eccles. post.
num. 27. Farinac. append. de immunit. cap.
ultim. num. 353. Gutier. præf. 99. civil. l. 3.
c. 13. num. 56. Ambrosin. de immunit. cap. 1.
num. 13.

192. **H**oc dicendum existimo. Quia si ultra
casus exceptos liceret alios ob identitatem,
vel maioriorem rationis excipere, regula
assignata in Capite Inter alia, & tradita à
Gregorio in sua Bulla, destrueretur, quia
nihil firmum, & stabile esset constitutum.
In his tamen omnibus attendenda erit con-
suetudo recepta, & praxis.

DVBIVM LII.

An raptos virginum sint immu-
nitatis privati?

193. **S**unt privati. Quia raptus est quedam
rapina gravior quolibet alio latrocinio:
unde comprehendendi potest in casu latro-
cinij excepto. Sic Angel. de maleficijs. vers.
Quod fama publica. num. 59. lit. B. Boëtius.
decis. 103. Decian. tract. crimin. l. 6. cap. 28.

num. 20. Anton. Butrio Cap. inter alia, de
immunit. Eccles. num. 18. & Suar. probabi-
le reputat ubi infra.

Privati non sunt immunitate. Quia non
est casus expressè exceptus in iuribus citatis
à primæ sententiæ Auctoribus, nempe in
Authent. de mandat. Princip. & in Bulla
Gregorij. Et quia in Cap. de Raptoribus
36. quæst. 1. his immunitas conceditur. Ita
Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 17.
Azor. p. 2. l. 9. c. 9. vers. Quid vero de ra-
ptoribus. Tuschus verb. Ecclesia conclus. 1. n.
35. & 36. Farinac. de carceribus q. 28. nu.
17. Gutier. præf. 99. civil. l. 3. quæst. 5. co.
16. Bonac. præf. 1. Decal. d. 3. quæst. 7. §.
4. num. 4. & alij.

195. **V**eriores hanc sententiam esse crediderim.
Nam primæ sententiæ ratio solum probat
ex iurecivili raptos, & adulteros ab im-
munitate esse exclusos. Ius autem Canoni-
cum illos textus corrigit, & in materia Ec-
clesiasticæ immunitatis Pontificiæ constitu-
tioni standum. Quod si insistent aduversarij
obicientes ex consuetudine huic crimini,
& adulterio immunitatem denegari: respon-
deo, consuetudinem ubi ea viget servari
posse.

DVBIVM LIII.

An sodomita, spectato iuris rigore sit ab
immunitate exclusus?

196. **E**xclusus est. Quia gravissimum est piac-
ulum, ad id ut constitutionibus Regis pec-
nam mortis habeat annexam: & ex
constitutione Pij V. Coriæ seculari Clerici
delinquentes traduntur. Ergo decens non est,
ut Ecclesia tam fœdo faneat delinquenti. Sic
Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 3.

197. **N**on est exclusus. Quia nullibi hoc crimen
excipitur, & in materia pœnali immunita-
tem derogante, non licet facere extensionem.
Ita Farinac. append. de immunitate capis. 6.
num. 98.

198. **H**anc sententiam credo esse longè veriores
adiiciens, quando in iure communi & secula-
ri contraria consuetudine, quæ illi derogatis
debet vero ille Reus si de pluribus actibus
esset infamatus. Hoc enim requirit Pij V. con-
stitutio, uti tradit Nann. sum. c. 27. num. 249.
Mecum Farinacius.

DVBIVM LIV.

An sacrilegio denegetur Templorum
immunitas?

199. **D**enegatur profecto. Quia gravissimum
crimen est specialiter contra reueren-
tiam Deo debitam, ac proinde immunitati
contrarium. Sic plures Doctores, quos re-
fert, ac sequitur Ioan. Gutier. præf. 99. civil.
l. 3. q. 1. n. 33. Card. Tusch. v. Ecclesia, concl. 10.
n. 19. Petr. Greg. synag. iur. c. 22. n. 2.

Minimè

200
N^{on} denegatur

M^{inimè} denegatur. Quia *Cap. inter alia, & constit.* Gregor. solum excipitur Sacrilegum propter homicidium, & vulnerationem in Templo vel sacro loco factam: E^{rgo} alia Sacrilegia excepta non sunt. Ergo alius Sacrilegis infecto non est immunitas deneganda. Ita *Idem sum cap. 25. nu. 6. Farinac. de criminibus quest. 28. num. 67. Bonac. pract. Decal. d. 3. quest. 17. §. 4. num. 3. loquens de blasphemia Ambrosin. de immunit. c. 5. num. 6. Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 3. n. 75.*

201
Cum his opinor.

Cum his opinor longè probabilius. Vnde colligo, blasphemum, & superstitionum immunitate frui, nisi de suspitione hæresis sit examinandus. Quia non sunt crimina excepta. Sed o, Farinacium contrarium docuisse: sed locus fuit ante Gregorij constitutionem.

DVBIVM LV.

An periturus, qui eo crimine causa fuerit, ut aliquis morte esset damnatus, aliàs non damnandus: priuatur immunitate indultor?

202
Status questionis.

P^{er}itorum fœi Templi immunitate, certum esse reor. Quia non est crimen exceptum. Neque obstat perituri, & falsum testimonium homicidio equiparari. *Cap. fin. 22. q. 1. nam equiparatur homicidæ voluntatio, non profligator, qui solum est ab immunitate exceptus.* Dubio autem, si quis perituri causa fuit, ut aliquis mortis esset damnatus, aliàs non damnandus, num immunitate priuatur?

203
Priuatur sane.

Priuatur quidem. Quia homicida proditorius esse censetur, cui Ecclesiæ immunitas denegatur. Sic Marian. Ital. *de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. & §. 5. num. 145.* Quibus est Farinac. *append. de immunit. c. 9. num. 141* alserens Pontificem esse consulendum.

204
Non priuatur.

Non priuatur. Quia moraliter, non physice occidit. Vnde proditorio homicidæ moraliter solum debet equiparari. Ita Ferdinandus de Cisterio *to. 2. d. vni. de Templor. immunit. pun. 10. num. 9.*

205
Verius hoc esse credo.

Longè hoc verius esse credo. Nec enim occidens moraliter proditori, sed physice proditorie interimenti immunitas denegatur. Quia hic est, qui propriè occidit.

DVBIVM LVI.

An incendiariis negetur Ecclesiæ immunitas?

206
Negatur in immunitas.

N^{egatur} profecto. Quia incendiarij equiparantur agrorum depopulatoribus, quæ immunitas est abneganda. *Cap. Pessier. num. 13. q. 8.* Ibi enim datur facultas Regibus, ac Principibus eos puniendi, consultis Archiepiscopis, & Episcopis, quod tamen consilium necessarium non esset, si incendiarij ad Ecclesiam non confugissent. Suppo-

nitur ergo in textu, eos ad Templum confugisse, & hoc non obstante, non negatur facultas Regibus, ac Principibus eos puniendi, consultis tamen Episcopis. Sic graves Doctores, quos preiso nomine affert Palao citandus.

Non negatur eis immunitas, quia in *Cap. Inter alias*, aliisque iuribus, & in Bulla Gregorij XIV. non excipiuntur: sed omnibus delinquentibus immunitas conceditur nisi in casibus exceptis. Ergo incendiariis est concessa. Ita Palao *tom. 2. d. vni. de Templor. immunit. pun. 10. num. 9.* Farinac. *append. de immunit. c. 6. n. 105.*

Hanc sententiam defendo, cui minimè obstat, hoc crimen simile esse, agrorum depopulationi. Nam cum non sit idem, sed diuersum, exceptio vnius non est alterius exceptio: imò potius si in regulam in casibus non exceptis. Nec constat ex praefato textu, incendiarios ad Ecclesiam confugisse. Nihil consilium Episcoporum non petitur, quia ad Ecclesiam confugerint, sed ut cordatè Reges, ac Principes procedant in pena his delinquentibus assignanda, cum iuxta iustantiquam varè sint constituti. Sic Glossa.

DVBIVM LVII.

An indices, alique Ministri vires ut extrahentes confugientem ad locum sacrum: ob huiusmodi delictum priuatur & ipsi immunitate?

P^{riuantur} equidem, quia non debet prodelle immunitas eis, qui altari prodelle noluerunt: neque conqueri possunt, si mensura qua alios mensi fuere, eis remittatur. Sic Decian. *tract. crimin. l. 6. c. 25. num. 7.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. l. 3. c. 16. num. 104.* Marian. Ital. *de immunit. l. 1. c. 5. §. 15.* Petr. Grogg. *synag. iur. l. 33. c. 2. n. 3. & c. 22. n. 2.*

Non priuantur, quia non est ex criminibus expresse exceptus. Ita Farinac. *append. de Templor. immunit. c. 6. n. 106. & alj.*

Hanc eligo sententiam plane probabilior. Fateor, huiusmodi iudices, & ministros indignos esse immunitate priuari. At id solum probat posse legem statui, qua priuatur: non tamen probat, de facto esse statutam.

DVBIVM LVIII.

An fabricantes falsam monetam sint ab immunitate exclusi?

S^{unt} Equidem, quia perperant in iustitiam. Sadeus Republicam, & Regem, & Sacerdotem crimen læsæ maiestatis, & grave ac publicum clausum, cui quædam immunitas abnegatur. Sic Theologi quidam non immeriti.

213
Exclusi
non sunt.
Non sunt exclusi. Quia crimen hoc nec
in Bulla Gregoriana, neque alibi excipitur.
Ita Gutier. prael. q. 9. a. per totam.
Farinac. append. de immunit. c. 6. n. 9. 1.

214
Cum his
opinor.
Cum his sententia parum aut nihil probabili-
tatis in contraria sententia agnoscens. Quia ab-
solutè qui fabricandæ falsæ monete dat
operam, non gerit publicum latrocinium,
cum non fiat cum violentia, & publicitate.
Nec item est crimen læsæ maiestatis in ipsius
met Principis personam, sed in eius statum,
ac proinde non est ex criminibus exceptis.

DVBIVM LIX.

An delinquentibus in criminibus exce-
ptis proest immunitas Ecclesiæ
quoad alia crimina non
excepta?

215
Sacris
realissimis
QVæstio est, num homicidæ prodito-
ræ (v. grat.) proest immunitas quoad
crimen adulterij, stupri, simplicis,
furti, &c. ita ut extrahi non possit ad ho-
rum punitionem? Et procedit dubitatio, quan-
do Iudex non intendit punire homicidium:
nam si illud punire intendat, & ob illius cau-
sam rem facio extrahat à loco, certum est
tunc reliqua crimina posse puniri; quia tunc
non censetur delinquentem extrahere à loco
sacro ob alia crimina; sed iam iustè extractum
punit. Quæserim igitur, an si sola crimi-
na Iudex non excepta intendat punire, reo
proest Ecclesiæ, & qua extrahitur, immunitas?

216
Non pro-
dest.
Non prodest, sed potuit Iudex delinquen-
tem è loco sacro extrahere. Quia ob aliud
crimen exceptam, quod commisit, absolu-
tè immunitas est privatus. Sic quidam Do-
ctores, quorum sententia videtur haud om-
nino improbabilis.

217
Indefest
quidem.
Prodest equidem nec potest extrahi, ac
puniri. Quia pœnales constitutiones immuni-
tatem Ecclesiæ derogantes accipiendæ sunt in
rigorosa, ac formali significatione. Ergo con-
stitutio excludens delinquentem ab immuni-
tate aliquibus in casibus accipienda est in for-
mali, ac propria eius significatione sine vilo
ad alia crimina nō excepta respectu. Ita deci-
tratt. crimin. l. 6. c. 26. num. 6. Farinac. de car-
cerib. q. 28. n. 67. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. q.
7. §. 4. n. 23.

218
Hoc verum
omnino
Hoc verum omnino. Nam si constitutio
excludens in aliquibus casibus delinquentem
ab immunitate accipienda est in formali ac
propria eius significatione: Ergò solum com-
prehendit delinquentes illos in criminibus
exceptis, quatenus tales sunt, hoc est, quate-
nus talia crimina commiserunt. Igitur quoad
alia crimina gaudent immunitate.

CAPVT IX.

Circa Immunitatis Templo-
rum Effectus.

DVBIVM LX.

An qui blanditiis, ac dolosis verbis
inductus à loco sacro exiit, sit ei re-
stituendus, vel capi posse?

219
Nonnulla
præmittit.
PRÆMITTO, primum, & præci-
puum immunitatis effectum esse,
non posse à loco sacro extrahi in-
iuratum, & contra Ecclesiæ voluntatem. Tex-
tus expressus in leg. 2. C. de iis, qui ad Ecclesi-
am confug. & in Cap. Inter alia, de immunit. Ecclesi-
Cap. Frater. Cap. Reum. Cap. Definuit. & alij.
Dixi Iniuratum, nā si ipse liberè exeat, sic egres-
sum poterit secularis Iudex capere. Quia im-
munitas personis conceditur ratione loci. Por-
rò extractus per violentiam restituendus est,
quia omnis violenta extractio est nulla, &
reo præiudicare non potest. Quæserim verò,
an si blanditiis, ac dolosis verbis inductus à
loco sacro exiit, sit restituendus, an capi li-
citè & validè possit?

220
Restituen-
dus est, nec
capi potest.
Restituendus est, nec potest capi, quia
huiusmodi extractio violentiæ æquiparatur.
Sed extractus per violentiam restituendus
est. Ergo. Sic nonnulli, quos pressio nomine
memorat Castro Palao. tom. 2. d. vni. de Tem-
plor. immunit. pun. 11. n. 3.

221
Non est
dici non potest, violenter fuisse extractum: Non est
blanditiæ enim & dolosa verba violentiam restitu-
endi non inferunt sola autem violentia extractio dus, sed
illis in iuribus prohibetur. Ita Decian. tr. crim. potest capi.
in l. 6. c. 26. num. 11. Farinac. append. de immunit.
c. 19. n. 302. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 18. num. 2.
Fagund. l. 4. de præc. Eccl. c. 4. num. 56. Bonac.
præc. 1. decal. d. 3. q. 7. §. 2. n. 6.

222
Hoc longe
probabilius.
Hoc longe probabilius esse reor. At si Iu-
dex punitionis impunitatem reo promittat, &
sub hac promissione è loco sacro exeat tene-
tur sua promissione, quia Reas. Quia privile-
gio immunitatis cessat pro securitate à Iudice
promissa. Mecum Nauar. sum. c. 25. num. 22.
Farinac. de carcerib. q. 8. l. n. 281.

DVBIVM LXI.

An in casibus non exceptis possit Pra-
latus Ecclesiasticus facultatem imper-
sire, ut quis ex Ecclesia ad quæm
ritè confugit, à Iudice seculari ex-
trahatur?

223
Quæstione
Præmissa.
HAnd dabim, quin in casibus exceptis
posse Episcopum hanc facultatem ex-
hibere, ut delinquens ex Templo ex-
trahatur.

trahatur à Iudice seculari puniendus. Quia tunc delinquens nullum ius habet, ad immunitatem, nec Ecclesia cum iuri potest. At in casibus non exceptis est dubium, an possit Prælati hanc licentiam concedere, & ex illius concessione Iudex secularis reum extrahere, & punire?

²²⁴ *Potest*
Prælati
hanc facultatem
Potest Prælati hanc licentiam impetire, accipere prius iuramento à Iudice de omni poenarum securitate. Quia in *Cap. id. constitutum* 17. *quest. 4.* dicitur, Reos abstrahere non liceat, sed neque alteri consignare, nisi ad Evangelia datis Sacramentis, de morte debitae, & omni poenarum genere sunt securi. Ergo data hac securitate, poterit Prælati, si expedire iudicaverit, reum consignare etiam inuiti. Sic P. Suarez *tom. 1. de Relig. l. 3. c. 13. num. 3.* adiciens, secularem Iudicem teneri promissum seruare, alias à Prælato Ecclesiastico per censuras esse compellendum.

²²⁵ *Non potest*
Non potest Prælati huiusmodi facultatem impetire. Quia Bulla Gregorij solum in illis casibus exceptis hac facultate conceditur. Ego tacite in aliis abnegatur: præcipue cum ibi dicitur esse iuratum & inane quod contra actum fuerit. Ita Farinac. *append. de immunit. c. 19. num. 304.*

²²⁶ *An hanc resolutionem*
Ego existimo spectato iure communi primam Suarez sententiam veram esse: at tamen Bulla Gregorij veritatem esse secundam ubi illa viget, & est in viridi obsequantia.

DVBIVM LXII.

An delinquens fugiens ad Ecclesiam ini-
bi alligari, vel ad alia via custodiri possit
aut examinatur ab ordinario
causa, an debeat frui
Immunitate?

²²⁷ *Statim*
Quæstio.
Secundus effectus immunitatis est, ne delinquens, in Ecclesia vinculis alligetur, quia hoc esset ex templo carcerem facere. Suarez *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 12. num. 2.* Bonac. *prec. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 5.* Farinac. *de carceribus q. 28. num. 9.* Quæstio verò est, num illigari possit vel alia via custodiri, dum decernitur ab Ordinario, an debeat immunitate Ecclesie potiri?

²²⁸ *Potest quidem*
Potest quidem, quia dum examinatur causa dubium est, ad quam nam iurisdictionem delinquens pertineat. Ergo ut Iudex secularis se indemnem afferat, poterit delinquentem ne aufugiat, ligare, & in custodiam addicere. Sic Iul. Cal. *pract. §. fin. q. 30. vers. Quapropter modo* Farinac. *de carceribus q. 28. num. 10.*

²²⁹ *Non potest*
Minus potest, quia videtur expresse textum in *Cap. Desinit* 17. *quest. 4.* ubi canetur, ne confugientibus ad Ecclesiam aliquis vis, aut nobilitas, damnum inferatur, quin possint per viginti passus ab Ecclesia exire. Ergo supponitur, inibi ligari non posse, apud reclusionem adduci. Ita Suarez *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 2. num. 2.* Fagnan. *part. 2. de præf. l. 4. c. 4. num. 55.* Bonac. *prec. 1. Decal. d. 3.*

quest. septim. §. quinto in secund. effectu.

Tenendum omnino existimo, nullatenus licere seculari Iudici confugientem ad Ecclesiam in illa illigare, aut aliquo modo duxerit, Iudex secularis suam iurisdictionem alteri ferret indemnem, quemadmodum delinquens est in Ecclesia, est extra territorium Iudicis secularis.

DVBIVM LXIII.

An secularis Iudex extrahens iniuste
ab Ecclesia reum, teneatur ad dam-
norum restitutionem?

Alios esse immunitatis effectus suppono: nempe confugientem ad Ecclesiam non posse vitæ necessitate impediri: nec posse ad aliam vitam damnari, bene tamen aliquando aliquam pecuniariam multam poenâ. Item ab Ecclesia extractum in casibus non exceptis, debere ante omnia ecclesie restitui: nullamque esse extractionem delinquentis extra casus exceptos. Quæstionem verò, num Iudex iniuste extrahens delinquentem à loco sacro ad damnorum restitutionem teneatur?

Non teneatur, quia nullus est Iudex qui huiusmodi restitutionem faciat, cum plures sint, qui indebite extrahant ab Ecclesia. Quis quidem iuste excusatur ex Doctorum auctoritate assensum non committi iniustitiam aduersus reum in huiusmodi violenta extractione sed solum sacrilegium. Sic Dn. Thom. *2. 2. q. 99. a. 2. ad 3.* quam sententiam probabilem esse docent Suarez *tom. 1. de Relig. l. 3. c. 13. num. 12.* & Bonac. *prec. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 5. n. 2.*

Teneatur omnino. Quia illa extractio non solum Ecclesie sed etiam delinquenti iniuriosa est; delinquens enim ius habet, ne in loco sacro capiat: ergo peccat contra iustitiam commutativam si eum extrahens: ergo ad restitutionem damnorum obligatur. Ita Suarez *ibi, num. 15.* Bonac. *§. 6. num. 1. & 2.* Farinac. *de carceribus q. 28. num. 5.* Valent. *2. d. 6. c. d. 15. q. 2. pun. 1.* Ambr. *fin. de immunit. cap. 15. num. 7.*

Hoc verius esse reor. Nec obest, D. Thomam citatum dixisse iudicem, qui extrahit: Hæc enim delinquentem à loco sacro solum peccatum esse habere sacre legi: Ecclesiam; quia potest explicari habere sacrilegij malitiam per se, & primario, consecutivè tanquam habere malitiam iniustitiæ. Addiderim, D. Thomam ibi solum voluisse de fin re, esse aliquam peccata sacrilegij separata omni alia malitia: si licet exemplum poluerit in iudice extrahente delinquentem à loco sacro, illi inherendum non est, cum solum transseant dixerit, & cum exemplum veritas non requiratur.

D V B I V M L X I V.

An extrahentes indebitè delinquentes ab Ecclesia possit pœna pecuniaria de iure Canonico imponi?

235. Nonnulla *suppono.* Cettum est, extrahentes delinquentem ab Ecclesia iniuste, culpam mortalem perpetrare, & multiplicem pœnam ex iure Canonico ac civili incurrere. Nam ex iure ciuili pœna capitali puniuntur leg. *Præseni, Cod. de iis, qui ad Eccles. confug. ibi: Pœna: capitali, & ultimi supplicij animaduersione plectendū.* Quia hoc crimen lætæ maiestatis reputatur, & diuinam Maiestatem offendit, qui eius domum profanatur, & violatur: & Pontificis viurpat iurisdictionem *Clar. præst. quæstion. 6. 8. Farinac. de carcerib. quæst. 2. 8. num. 2. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 3. num. 7.* Verum hæc pœna non videtur usu recepta. Porro de iure Canonico an pœna pecuniaria possit illis imponi quæserim?

236. Non potest. Quia iam huiusmodi pœnæ imponendæ potestas est antiquata. Sic plures Doctores, quos refert, ac sequitur Decian. tractat. crimin. l. 6. capit. 2. 8. el. 2. numero quart.

237. Potest profecto. Quia per Tridentinum sess. 25. cap. 20. & per Bullam Gregorij omnes pœnæ in antiquis Canonibus lætæ aduersus immunitatis violatores renouantur. Ergo antiquata non est hæc imponendi pecuniariam pœnam facultas. Ita Tuschus v. *Ecclesia concl. 8. n. 11. Farinac. de carcerib. q. 2. 8. num. 5. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. quæst. 7. §. 6. numero 5.*

238. Hoc asserendum existimo. Nam præterquamquod à Concilio, & à Gregorio XIV. omnia antiqua decreta ecclæ immunitatem innouata fuerint: hæc pœna efficacius Ecclesiæ iniuriæ latissit, si ad eius cultum pecunia applicetur, vt iure applicari debet. Ambros. de immun. c. 15. n. 1. & 2.

D V B I V M L X V.

An extrahentes indebitè reuocati ab Ecclesia ex constitutione Gregorij incurrant excommunicationem ipso facto?

239. Nonnulla *promitto.* Præter pœnam illam pecuniariam, & pœnitentiam publicam imponendam, excommunicationis pœnæ Iudices extrahentes ab Ecclesia delinquentem debite feriuntur. Cap. sicut antiquis. Cap. Frater. Cap. Definuit, & aliis. In quibus tamen textibus non est excommunicatio ipso facto lata, sed ferenda. Vnde spectato iure communi plures Doctores censent, nullam censuram huic crimini esse *Escol. & Monac. Theol. Mor. Tom. VII.*

annexam. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 3. numer. 7. Socin. Turrecrem. Gohed. & alij relati à Farinacio append. de immun. cap. 20. numer. 3. 12. Solam est difficultas, num ex Gregorij constitutione hæc excommunicationem sic reum extrahentes incitant?

Non incurrunt ipso facto excommunicationem. Quia in ea constitutione dicitur. Non incurritur. Quod si quis quouis prætextu quidquam præter, aut contra huius nostre constitutionis reformationem attentare præsumpserit: declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, Conciliorumque generalium, & nostrorum prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ. Ex quibus verbis solum constat, hos violatores incurrere excommunicationem, si per sacros Canones, & Concilia lata fuerint. At cum nullibi lata sit excommunicatio ipso facto ex Gregorij Bulla non videtur incurrere. Sic nonnulli, quorum sententiam probabilem esse docet Casto Palao 10. 2. d. vni. de Templ. immun. punct. 12. numero 3.

Ipso facto excommunicationem incurrunt. Quia verba illa constitutionis *Ipsa* facta aliquid operari debent, ne dicamus inperflue esse apposita. At si excommunicationem ipso facto non inferunt, nihil operabuntur. Nam in Capit. sicut antiquis 17. quæstion. quart. & in aliis textibus excommunicatio ferenda iam habebatur. Ita Palao citatus. Farinac. append. de immun. cap. 20. a numero 3. 13. Marian. Italus de immun. l. 1. c. 6. §. 2. n. 29. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 6. n. 5.

Hæc sententia mihi longè est probabilior. Nam Pontifex dicit, hos violatores ipso facto incurrere censuras aduersus violatores immunitatis à sacris Canonibus promulgata, sed est promulgata censura excommunicationis aduersus eos: Ergo eam ipso facto incurrunt. profectò ita declaratum fuisse à Clemente VII. & à paulo V. à sacraque Congregatione citati Doctores affirmant.

D V B I V M L X V I.

An Episcopus possit ab excommunicatione, quam extrahens iniuste delinquentem à loco sacro contrahit absolueret?

Non potest Episcopus, sed pontificis solum. Episcopus nilius est, ab hac censura absolueret. Quia non potest in Extrauag. Pauli II. de pœnit. & remis. absolueret. sionib. cap. 3. inter extran. communes inter casus sedis Apostolicæ reservatos apponitur offensa Ecclesiasticæ libertati facta. Et in decreto Clement VIII. prohibetur quibuscumque confessariis absolutio plurium casuum sedis Apostolicæ reservatorum, & præcipue in casibus contentis in Bulla Cænz Domini apponitur casus violationis *G* Immunitatis

immunitatis ecclesiasticae in terminis constitutionis Gregorij XIV. quod decretum fuit à Paulo V. innotuit, illius quoque meminit Quercetanus sum. Bullar. i. Glossa casus referent. Et si declaratum est à Sacra Congregatione Concilij interpretibus anno 1617. mense Decembri. Sic Fatinac. append. immunit. s. 20. n. 315.

²⁴⁴ Potest Episcopus, & quilibet confessorius ex illius facultate ab hac excommunicatione absolvere, casu quo fuerit incursus, quia nullibi invenitur summo Pontifici reservata. Ego Ordinarius conceditur absolutio ex cap. nuper, de sent. excommunic. Ita Marcus Anton. Genuent. pract. cap. 22. à numero tertio Bonac. precept. 1. Decal. d. 3. questione 7. §. 6. numero octavo Palao i. no. secunda d. uni. de Tempior. immunit. pun 12. num 7.

²⁴⁵ Hanc sententiam reor esse probabilior. In cuius robur propositionem illam: *quia nullibi invenitur reservata* veram esse ostendam. In Extravag. Pauli II. solum reservatur generaliter libertatis ecclesiasticae violatio, sub qua in rigore immunitas non comprehenditur quia libertas reservatur ad personas, immunitas ad loca: & ideo censura lata contra libertatis ecclesiasticae violatores, violatores immunitatis minime comprehenduntur Covarr. secund. var. cap. 20. numero primo. Villagutier, de excess. legum, c. fin. numero tertio. In decreto autem Clement. VII. nulla est huius censura, vel criminis reservatio: sed solum ibi interdicitur, quibuidam confessoribus, ut virtute privilegiorum à sede Apostolica concessorum, ab illis casibus absoluant, & ab aliis ab Ordinario reservatis. Unde in illo decreto non intendit Pontifex Ordinarius potestatem minuire, sed potius augere, & promovere: cum solum tollat privilegia absolventi à criminibus, à se concessa; alias nec poterit Ordinarius absolvi ab excommunicatione ob clerici percussorem. Minus verum est, quod de Bulla Coenae Domini dicitur in illa enim non fertur censura aduersus immunitatis violatores, sed libertatis, & non cuiuscunque, sed specialis. et licet in Bulla Gregorij dicatur, violatores immunitatis ibi praescriptae merere ipso facto censuras

laas contra libertatis, iuris, & immunitatis ecclesiasticae violatores illis nominibus libertatis, iuris & immunitatis idem expromitur, & claritatis gratia apponuntur. Plura mitto.

DVBIUM LXVII.

An in casibus non exceptis tradendi sint à Clericis iudici seculari delinquentes, recepto prius iuramento de poena corporalis securitatis, si repugnent ipsi delinquentes?

²⁴⁶ Etiam si repugnent delinquentes tradendi sunt, quia ita praescribitur in cap. *Procedi* de iur. i. 17. questione 4. & ibi Gloss. sum. & Archid. sic suar. como primo de Reliq. l. tertio cap. 13. post numerum tertium Azor. p. secunda l. nono cap. 9. questione 10. Sylvest. v. immunitas 3. numero quarto Alexand. cons. 415. numero 3. lib. septimo Villagutier, de excess. legum, c. fin. à numero octavo usque ad 14.

²⁴⁷ Minime possunt delinquentes tradi, si repugnent etiam praestito de securitate iuramento, quia in illis casibus gaudet immunitate, sed immunitas in eo consistit, ut non possit quis innotas ab ecclesia extrahi, ac iudicari. Ego Ita Abbas ad cap. inter alia, de immunit. eccles. Fatinac. append. de immunit. vlt. n. 344.

²⁴⁸ Hanc sententiam sequendam esse credo, cuius ratio indubitanter procedit in terminis Gregorianae constitutionis: in qua solum in casibus exceptis extractio permittitur, & in casibus non exceptis omnino negatur. Quare quae hactenus dabimus, spectato iuris Canonici rigore, & Constitutione Gregoriana diximus; non enim agimus de consuetudine, & privilegiis quae fortassis alicubi indulta sunt; neque audemus iura privata sive Principum sive nationum, quibus pro doctrina hactenus à nobis tradita, nihil declaratum esse exiit manus, neque detrahi volumus.

SECTIO